Vers. 12, 13. « Gentes enim et reges, qui tibi A non servient, peribunt, et gentes vastitate vastabuntur. Et gloria Libani ad te veniet, in cypariso et pinu et cedro simul, ad glorificandum locum sanctum meum. » Nam salutari et pulcherrima servitute civitati Dei serviendum est, videlicet Ecclesia, et pia religioni, quae in ea colitur, pulcherrimæ et celissimæ Libani arbores deferentur, ut illis locus sanctus meus gloria afficiatur. Tales autem fuerint, eruditii viri ex gentibus, sapientia saceruli hujus imbuti, quos in Ecclesia Dei florentes, ac sermonis apparatu ipsam ornantes conspicatus, neutiquam a vero aberres, si dicas eos allegorico more, lingua Libani, cyparisos, pinus et cedros vocari : quies locus sanctus Dei necnon vestigia pedum ejus, videlicet Ecclesia, glorificatur.

Vers. 14. « Et ibunt ad te timentes filii eorum, qui te humiliaverunt, et irritaverunt : et vocaberis civitas Sion, sancti Israel. » Et sane multos novimus ex iis, qui olim in Ecclesiam blasphemata verba protulerunt, ipsamque irritaverunt, qui jam mutata sententia, Deum in ea adoratum venerunt.

Vers. 15-17. « Quia fuisti derelicta, et odio habita, et non erat qui auxiliaretur. Et ponam te in exultationem sempiternam, in latitudinem generationibus generationum, et suges lac gentium, et divitias regum comedes. Et cognosces, quia ego sum Dominus, qui salvum te facio, et qui eruo te Deus C israel. Et pro ære afferam tibi aurum : pro ferro autem afferam tibi argentum, pro lignis afferam tibi æs, et pro lapidibus ferrum. Et dabo principes tuos in pace, et episcopos tuos in justitia. » Hoc vero quid fuerit, nisi novum mysterium evangelicæ doctrinæ, et elementaris illa Novi Testamenti doctrina, cuius consorts sunt ii qui in Christo regenerantur, qui seipso meliores futuri sunt, ac Dei structuræ utiliores, quemadmodum et primi, qui pro ære et ferro aurum et argentum in commutationem obtinuerunt?

Vers. 18. « Et non audietur adhuc iniquititia in terra tua, neque contritio, neque miseria in finibus tuis : sed vocabuntur Salutare muri tui, et portæ D tuæ, sculptura. » Pro illo, « Salutare, » Hebraica scriptura, « Jesum » præfert, ipsissimis elementis et characteribus, queis ipse Salvator scribitur ; ita ut ipsa virtus Salvatoris nostri Jesu, pro sepi et muro firmo iis qui Deo digni fuerint, futura sit. »

Vers. 19. « Et non erit tibi amplius sol in lucem diei, neque ortus lunæ illuminabit noctem tuam : sed erit tibi Dominus lux sempiterna, et Deus, gloria tua. » Sed columna quadam divina lucis erit resplendens, scilicet corpus resurgens, quod dicitur vestimentum Salutaris. Non enim ultra corpus mortis erit, quale Paulus declarabat his verbis, « Quis

» Τὰ γάρ ἔθνη καὶ οἱ βασιλεῖς, οἵτινες οὐ δουλεύουσι τοι, ἀπολοῦνται, καὶ τὰ ἔθνη ἐρημίᾳ ἐρημωθήσεται. Καὶ ἡ δόξα τοῦ Λιβάνου πρὸς σὲ ἥξει ἐν κυπαρίσσῳ, καὶ πεύκῃ, καὶ κέδρῳ ἄμα, δοξάσαι τὸν τόπον τὸν ἀγιόν μου. » Δουλεῦσαι γάρ δεὶ τὴν σωτήριον καὶ καλλίστην δουλείαν τῇ τοῦ Θεοῦ πόλει, λέγω δὲ τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ τῷ ἐν αὐτῇ θεοσεβεῖ πολιτεύματι τὴν κάλλιστα καὶ ὑψηλότατα τῶν ἐν τῷ Λιβάνῳ φυτὰ κομισθήσεται, εἰς τὸ δὲ αὐτῶν δοξασθῆναι τὸν τόπον τὸν ἀγιόν μου. Τοιούτοι δὲ μὲν εἰναι οἱ ἔξ ἔθνων ἐλάχιτοι : οὓς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ διαπρέπονται καὶ κοσμοῦνται αὐτὴν τῇ τοῦ λόγου παρασκευῇ θεασάμενος οὐκ ἀν ἀμάρτως αὐτοὺς εἶναι τὰ ἕνδα τοῦ Λιβάνου, κυπάρισσον καὶ πεύκας καὶ κέδρους, κατὰ νόμον ἀλληγορίας εἰπών· δι᾽ ὧν δοξάζεται δὲ τόπος δὲ ἀγιος τοῦ Θεοῦ, καὶ δὲ τόπος τῶν ποδῶν αὐτοῦ, δηλαδὴ τῇ Ἐκκλησίᾳ.

« Καὶ πορεύονται πρὸς σὲ δεδοικότες υἱὸν ταπεινωσάντων σε, καὶ παροξυνάντων σε, καὶ κληθῆση πολις Σιών, ἄγιον Ιερατὴλ. » Καὶ ἀλλοι δὲ τῶν πάλαι βιασφημάσαντων τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ παροξυνάντων αὐτὴν, καὶ διωξάντων, πολλοὺς ἴσμεν μεταβαλόντας, καὶ ἐπὶ τὸ προσκυνεῖν τὸν ἐν αὐτῇ Θεὸν ἐληλυθότας.

« Διὰ τὸ γεγενῆσθαι σε ἐγκαταλειμμένην, καὶ μεμυσμένην, καὶ οὐκ ἦν δὲ βοηθῶν. Καὶ θήσω σε ἀγαλλίαμα αἰώνιον, εὐφροσύνην γενεῶν γενεᾶς, καὶ θηλάσσεις γάλα ἔθνων, καὶ πλοῦτον βασιλέων φάγεσσαι. Καὶ γνώσῃ, ὅτι ἐγὼ Κύριος δὲ σώζω σε, καὶ ἔξαρισμένος σε Θεὸς Ιερατὴλ. Καὶ ἀντὶ χαλκοῦ οἰσα σοι χρυσόν, καὶ ἀντὶ σιδήρου οἰσα σοι ἀργύριον· ἀντὶ δὲ ἔνδων οἰσα σοι χαλκὸν, ἀντὶ δὲ λίθων, σιδῆρον. Καὶ δώσω τοὺς ἀρχοντάς σου ἐν εἰρήνῃ, καὶ τοὺς ἐπιστόπους σου ἐν δικαιοσύνῃ. » Τοῦτο δὲ τί ποτ’ ἀν εἴη εἰ μή τὸ καινὸν μυστήριον τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας, καὶ ἡ στοιχειώδης διδασκαλία τῆς Καινῆς Διαθήκης, ἡς μετέχουσιν οἱ ἐν Χριστῷ ἀναγεννώμενοι, βελτίους μὲν ἐαυτῶν γενησόμενοι καὶ χρησιμώτεροι τῇ τοῦ Θεοῦ οἰκοδομῇ κατὰ τοὺς πρώτους, οἱ ἀντὶ χαλκοῦ καὶ σιδήρου χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου τιμὴν ἀντικαταλλάξαντο;

« Καὶ οὐκ ἀκουσθήσεται ἐτις ἀδικία ἐν τῇ γῇ σου, οὐδὲ σύντριμμα, οὐδὲ ταλαιπωρία ἐν τοῖς ὁρίοις σου· ἀλλὰ κληθήσεται Σωτήριον τὰ τείχη σου, καὶ αἱ πύλαι, γλύματα. » Ἀντὶ δὲ τοῦ, « Σωτηρίου, » ἡ Ἐβραϊκὴ ἀνάγνωσις τὸν « Ἰησοῦν » αὐτὸν τε περιέχει αὐτοὺς στοιχεῖος καὶ χαρακτῆριν, οἷος δὲ Σωτήρ ή μῶν Ἰησοῦς ἀντὶ περιβόλου καὶ τείχους στερβοῦ τοῖς ἀξίοις τοῦ Θεοῦ γενέσθαι.

« Καὶ οὐκ ἔσται ἐτις σοι δὲ ἡλιος εἰς φῶς ἡμέρας, οὐδὲ ἀνατολὴ σελήνης φωτεινὸς τὴν νύκτα· ἀλλ’ ἔσται σοι Κύριος φῶς αἰώνιον, καὶ δὲ Θεὸς δόξα σου. » Στήλη δέ τις ἔσται φῶς ἀπαστράπτουσα θεῖον, τὸ σύμμα τῆς ἀναστάσεως, τὸ λεγόμενον ἴματιον Σωτηρίου. Οὐκέτι γάρ θανάτου σῶμα, οἰον δὲ Παῦλος ἐδήλου λέγων· « Τίς με βύσεται ἐκ τοῦ τώματος τοῦ θανάτου

ιούτου; ἔσται κάκείνο σωτήριον. Σωτήριον δὲ ἴματα τοιν τῇ ψυχῇ περιθήσεται, καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης· ἕκαστος γάρ ταῖς ἑαυτοῦ πράξεσι ταῖς κατὰ δικαιοσύνην πεπραγμέναις τὸν ἑαυτοῦ κόσμον ἐνδύσεται.

« Οὐ γάρ δύσεται σοι δὲ διλίδεις σοι, καὶ τὴν σελήνην σοι οὐκ ἐκλείψει· ἔσται γάρ σοι Κύριος φῶς αἰώνιον, καὶ ἀναπληρωθήσεται αἱ ἡμέραι τοῦ πάνθους σου. Καὶ δὲ λαός σου πᾶς δίκαιος, δὲ αἰώνος κληρονομῆσουσ τὴν γῆν, φιλάσσων τὸ φύτευμα ἥργα χειρῶν αὐτοῦ εἰς δόξαν. Ὁ δὲ γεωστὸς ἔσται εἰς χιλιάδας, καὶ δὲ ἐλάχιστος, εἰς ἔθνος μέγα. Ἔγὼ Κύριος κατὰ καρδιναλέων αὐτούς.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΑ'.

« Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὐ εἰνεκεν ἔχριστέ με, εὐαγγέλιασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκε με.....»

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΒ'.

« Διὰ Σιών οὐ πιωτήσομαι, καὶ διὰ Ιερουσαλήμ οὐκ ἀνήσω, ἔως ἂν ἐξέλθῃ ὁς φῶς ἡ δικαιοσύνη αὐτῆς· τὸ δὲ Σωτήριον μου ὡς λαμπάς καυθήσεται. Καὶ δύνονται τὰ ἔθνη τὴν δικαιοσύνην σου, καὶ βασιλεῖς, τὴν δόξαν σου. Καὶ καλέσεις σε τὸ δνομα τὸ καίνον, δὲ Κύριος δνομάσεις αὐτό. Καὶ ἔστι στέφανος κάλλους ἐν χειρὶ Κυρίου, καὶ διάδημα βασιλείας ἐν χειρὶ Θεοῦ σου. » Ὁν ἀπολήψεται τότε λέγουσα· « Τὸν καλὸν ἡγάνευμα ἀγῶνα, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα· λοιπὸν ἀπόκεται μοι δὲ τῆς δικαιοσύνης στέφανος. » Ἡ δὲ αὐτή, νύμφη τις οὖσα τοῦ νυμφίου Λόγου καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ σπέρματα ὑποδεξαμένη, χαρποὺς ὡραίους καὶ εὐανθεῖς ἀποδέωσι. Πάλιν δὲ κάνταυθα τὸ θεοσεβὲς πολίτευμα τὸ πάλαι συνεστὸς παρὰ Ιουδαίοις δηλοῦ. Στέφανος γάρ ὡς δληθῶς Χριστοῦ πάντες οἱ δὲ αὐτοῦ κατορθοῦντες τυγχάνουσι, καὶ διάδημα βασιλείας εἰσὶ τῆς αὐτοῦ οἱ τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ ἐνηθληκότες ἀγῶνιν, οἱ ἄγιοι μάρτυρες, οὓς τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ δὲ Πατήρ ἐκλεζάμενος τῷ Υἱῷ περιτίθησι, στεφανῶν αὐτὸν καὶ διαδήματι βασιλικῷ τιμῶν τὸ πλῆθος τῶν δὲ αὐτοῦ καὶ ὑπ' αὐτοῦ σεσωσμένων.

« Καὶ καλέσεις σε δνομα καίνον, δὲ Κύριος δνομάσει αὐτό· » τούτεστι, κατὰ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν δνομάσθησεται.

« Καὶ οὐκέτι κληθήσῃ καταλειμμένη, καὶ τὴ γῆ σου οὐ κληθήσεται· ἔτι ἔρημος· σοὶ γάρ κληθήσεται, θελήματα ἐμόνα· καὶ τὴ γῆ σου, οἰκουμένη· διτε εὐδόκησες Κύριος ἐν σοὶ, καὶ τὴ γῆ σου συνοικισθήσεται. Καὶ ὡς συνοικῶν νεανίσκος παρθένῳ, οὗτῳ κατοικήσουσιν οἱ υἱοί σου. Καὶ ἔσται δὲ τρόπον εὐφρανθήσεται νυμφίος ἐπὶ νύμφῃ, οὗτως εὐφρανθήσεται Κύριος ἐπὶ σοὶ. » Ἐν τῷ καίνῳ αἰώνι τῆς Χριστοῦ βασιλείας συστήσεται, μόνους ἔξουσα οἰκήτορας τοὺς τῶν ἐπαγγελιῶν τοῦ Θεοῦ καταξιωθησομένους, οἱ καὶ ἐν τοσσύτῃ θυμῷ δικαίως καὶ εὐφροσύνῃ διάκονουσιν, ὡς ἕοικε νεανίσκῳ ἀγέλῃ ἀνδρὶ συνόντι παρθένῳ καθαρῷ, οὐδαμῶς μὲν εὐτῆς τὴν παρθενίαν σπλούντι· τῇ δὲ ἀγνεἴᾳ τῇ παρθενίᾳ καὶ τῇ καθαρῷ συνδιατριβῇ, καὶ συνοικεῖται καρδιάντι. Καὶ οἱ μὲν υἱοί σου οὗτως εὐφρανθήσονται·

A me liberabit de corpore mortis hujus ²¹? sed erit et illud salutare. Salutare porro vestimentum animæ circumponetur, et tunica lætitiae: singuli enim operibus suis cum justitia editis ornatus suo induentur.

Vers. 20-22. « Non enim occidet sol tibi, et luna tibi non deficiet: erit quippe tibi Dominus lux semperlerna, et implebuntur dies luctus tui. Et populus tuus omnis justus, in saeculum hereditabunt terram: custodiens plantationem opera manuum ejus in gloriam. Qui parvo numero, erit in millia; et qui minimus, in gentem magnam. Ego Dominus in tempore congregabo eos. »

CAPUT LXI.

Vers. 1. « Spiritus Domini super me, eo quod B unxit me: evangelizare pauperibus misit me.....»

CAPUT LXII.

Vers. 1-3. « Propter Sion non tacebo, et propter Jerusalem non quiescam, donec egrediatur ut lux justitiae ejus: Salutare autem meum ut lampas accendetur. Et videbunt gentes justitiam tuam, et reges gloriam tuam. Et vocabit te nomine novo, quod Dominus nominabit. Et eris corona pulchritudinis in manu Domini, et diadema regni in manu Dei tui. » Quam tunc recipiet dieens: « Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi: in reliquo reposita est mihi corona justitiae ²². » Eadem vero, cum sponsi Verbi sponsa sit, et ejus semina suscepit, speciosos et boni odoris fructus emittit. Hic autem rursus piam religionem olim apud Judæos vigentem significat. Nam vere Christi corona sunt quotquot per eum bona opera edunt, et diadema regni ejus sunt, qui certamina ejus causa suscepunt, sancti martyres, quos manus sua Pater deligens, ut coronam Filio suo circumponuit, et regio diadematæ multitudinem exornat eorum, qui per ipsum et ab ipso salutem sunt consecuti

« Et vocabit te nomine novo, quod Dominus nominabit; » id est, secundum voluntatem meam nominabitur.

Vers. 4, 5. « Et non vocaberis ultra derelicta, et terra tua non vocabitur ultra deserita: vocaberis enim voluntas mea; et terra tua, habitata, quia complacuit sibi Dominus in te, et terra tua inhabebitur. Et sicut habitat juvenis cum virgine, sic habitabunt filii tui. Et erit, quemadmodum lætabitur sponsus super sponsa, sic lætabitur Dominus in te. » Ea in novo saeculo regni Christi constituetur, eosque tantum incolas habebit, qui promissionum Dei dignati fuerint; qui in tanto gaudio et lætitia versabuntur, ut comparari possint juveni et sancto viro cum pura virgine degenti, nec tamen ejus unquam virginitatem temerant, sed in castitate virginali, et pura conversatione, cum tota domo gaudenti. Et filii quidem tui ita lætabuntur;

²¹ Rom. vii, 24. ²² II Tim. iv, 7.

Ipse vero Dominus est, qui te sanctam Ecclesiam, perfectis membris constantem, ex prisco nempe populo et hoc novo ex gentibus coeunti, in sponsam accepit. Deinde Ecclesiam ipsam alloquitur : Hujus filii secundum carnem fuerunt divini discipuli, qui sumunam erga ipsam charitatem servarunt; ita ut illa dilectio similis videatur ei qua affectus est juvenis cum virgine habitans. Sic laetabitur Dominus super te, quemadmodum sponsus super sponsa. Etenim de celo descendit unigenitum Dei Verbum, ut fructiferam ostenderet Ecclesiam, quam ipse sibi virginem castam admovit, non habentem maculam neque sorde, imo potius sanctam et immaculatam. Ab illo igitur evangelici instituti semina accipiens, spiritualibus sacrificiis et sanctis operibus fulgentem sponsam exhibuit.

Vers. 6-8. « Et super muros tuos, Jerusalem, constitui custodes tota die et tota nocte, qui nunquam tacebunt, memores Domini. Non est enim vobis similis, si corrigat, et faciat Jerusalem gaudium in terra. Juravit Dominus per gloriam suam, et per fortitudinem brachii sui. » Olim quippe gesta sunt ista, cum fructum suum in cibum darent inimici Dei, id agentes, id curantes, ut gesta sua dæmonibus esca essent. Jam vero iis, qui novo æculo donandi et promissa accepturi sunt, iuramento Dominus affirmat, se non amplius inimicis daturum esse fructus eorum, sed ipsos iis fructuros esse. Nam cum probam vitam agant ac religiose versentur, æquum sane est ut propriis gaudeant fructibus. « Si ultra dedero triticum tuum, et aliena menta tua inimicis tuis, et si ultra bibant filii alieni vinum tuum, in quo laborasti :

Vers. 9. « Sed qui collegerint, comedent ea, et laudabunt Dominum, et qui congregaverint, bilent ea in atriis sanctis meis. » Hæc vero fuerint multæ illæ mansiones apud Patrem.

Vers. 10. « Ite per portas meas. » His porro nobis considerandam offert cœlestem Dei civitatem, ejusque portas : quæ omnia in illo, quod pollicetur, æculo dignis pendentur, ac dicetur : « Ite per portas meas, et viam facite populo meo, lapidesque de via projicite. Elevate signum in gentes. » Nullum enim, inquit, impedimentum, nullus obex erit, non invidia, non livor, non prætextus quispiam, non dæmon, non spiritus malignus, non adversaria potestas obserbit populo meo, quominus in regnum cœlorum ingrediatur. Hæc autem quibusdam angelis virtutibus dicentur.

Vers. 11, 12. « Ecce enim Dominus auditum fecit usque ad extremum terræ. Dicite filiæ Sion, Ecce Salvator tibi venit habens mercedem suam, et opus suum ante faciem suam. Et vocabit eum populum sanctum, redemptum a Domino. Tu autem vocaberis requisita civitas, et non relicta. » Ne existimet quispiam, ait, hæc de Judaico populo dici :

A αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος τὴν ἑαυτοῦ νύμφην ἀπολαβὼν, σὲ τὴν ἀγίαν Ἐκκλησίαν, ἐξ τελείων μελῶν συνεστῶσαν, ἔχ τε τοῦ προτέρου λαοῦ καὶ τοῦ νέου τοῦ ἔξ οὐρανῶν. Εἴται καὶ πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν ποιεῖται τοὺς λόγους· ταύτης γεγόνασιν υἱοὶ κατὰ σάρκα οἱ θεοπέσται μαθήται, τὴν εἰς ἄκραν αὐτῆς σώζοντες ἀγάπην· ώστε δοκεῖν τὴν γενομένην φιλοστοργίαν, οἵτινες νεανίσκῳ συνψηκότι παρθένῳ. Οὕτως εὐφρανθήσεται Κύριος ἐπὶ σὸν, καθάπερ ἀμέλει καὶ νυμφίος ἐπὶ νύμφῃ. Καθήκετο γάρ ἔξ οὐρανῶν ὁ μονογενῆς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ήν ἔχαρπον ἀποφήνη τὴν Ἐκκλησίαν, ήν αὐτὸς ἑαυτῷ παρέστησε παρθένον ἀγνήν, μή ἔχουσαν σπλοινήν την δύτιδα· ἀγίαν δὲ μᾶλλον καὶ ἀμώμον. Δειπνάμενη τοίνυν παρ' αὐτοῦ τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας τὰ σπέρματα, πνευματικαῖς θυσίαις καὶ ἀγιοπρεπεῖς κατορθώμασι τὴν νύμφην ἐκλάζουσαν ἀπέδειξεν.

« Καὶ ἐπὶ τῶν τειχῶν σου, Ἱερουσαλήμ, κατέστησα φύλακας ὅλην τὴν ἡμέραν καὶ ὅλην τὴν νύκτα, οἱ διά τέλους οὓς σιωπηθήσονται, μιμησθήσομενοι Κύριού. Οὐκ ἔστι γάρ οὐδεὶς δομοίος, ἐὰν διορθώσῃ, καὶ ποιήσῃ Ἱερουσαλήμ γαυρίαμα ἐπὶ τῆς γῆς. Ὅμοσε Κύριος κατὰ τῆς δόξης αὐτοῦ, καὶ κατὰ τῆς ἴσχύος τοῦ βραχίονος αὐτοῦ. » Πάλαι μὲν γάρ ταῦτα ἐγένετο, διηνίκα τὸν ἑαυτῶν καρπὸν βρῶμα παρεῖχον τοῖς ἔχθροῖς τοῦ Θεοῦ, τοιαῦτα πράττοντες καὶ ἐνεργοῦντες ὡς δαιμονίων γίνεσθαι τροφὴν τὰς ἑαυτῶν πράξεις· νυνὶ δὲ τοῖς τοῦ νέου αἰώνος καταξιωθησομένοις, καὶ τῶν ἐπηγγελμάνων τευχομένοις, ὅρκῳ διμυσιν δὲ Κύριος μηκέτε δώσειν ἔχθροῖς τοὺς καρποὺς αὐτῶν, ἀλλ' αὐτοὺς αὐτῶν ἀπολαύειν. Κατορθοῦντας γάρ τὸν κατὰρετὴν βίον καὶ θεοσεβῶν διάγοντας, δίκαιοιν τῶν οἰκείων ἀπολαύειν καρπῶν. « Εἰ ἔτι δώσω τὸν σῖτόν σου, καὶ τὰ βρώματά σου τοῖς ἔχθροῖς σου, καὶ ἔτι πίονται υἱοὶ ἀλλότριοι τὸν σῖτόν σου, ἐφ' ωραῖον δέ τοι μονάδα παρὰ τῷ Πατέρι.

« Πορεύεσθε διὰ τῶν πυλῶν μου. » Νοεῖν δὲ ἡμῖν παρέχει διὰ τούτων τὴν ἐπουράνιον τοῦ Θεοῦ πόλιν, καὶ τὰς αὐτῆς πύλας· δὴ πάντα κατὰ τὸν ἐπηγγελμένον αἰώνα ἀναπετασθήσεται τοῖς ἀξιοῖς καὶ λεχθήσεται. « Πορεύεσθε διὰ τῶν πυλῶν μου, καὶ δόδοις ιήσατε τῷ λαῷ μου, καὶ τοὺς λίθους ἐκ τῆς ὁδοῦ διαρρίψατε. Ἐξάρατε σύστημαν εἰς τὰ ἔθνη. » Μηδὲν γάρ, φησίν, ἔσται κώλυμα, μηδὲ ἐμπόδιον, μηδέ τις φθόνος, μηδὲ βάσκανος, μή πρόφασίς τε, μηδὲ δαίμων, μή πνεῦμα πονηρόν, μή δύναμις ἀντικειμένη διακωλυεῖται τὸν λαὸν τὸν ἐμὸν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν εἰσιέναι. Ταῦτα δὲ πρὸς τινας ἀγγελικὰς λεχθήσεται δυνάμεις.

« Ἰδοὺ γάρ Κύριος ἐποίησεν ἀκουστὸν ἔως ἐσχάτου τῆς γῆς. Εἰπατε τῇ θυγατρὶ Σιών. Ἰδοὺ δὲ Σωτήρ σοι παραγένοντες ἔχων τὸν ἑαυτοῦ μισθὸν, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ πρὸ προσώπου αὐτοῦ. Καὶ καλέσει αὐτὸν λαὸν ἀγίον, λελυτρωμένον ὑπὸ Κυρίου. Σὺ δὲ κληθήσῃ ἐπικήτου μένην ποδίς καὶ οὐκ ἔγκαταλελειμένη. » Μή γάρ νομιζέτω τις, φησίν, περὶ τοῦ Ἰου-

δαίνων λαοῦ ταῦτα εἰρῆσθαι· ἐπειδὴ πέρ πάντα τὰ έθνη Α quoniam omnes gentes signum levare jubet, et omnibus usque ad extremum terrae prædicta annuntiat. Olim quidem in primo suo adventu Ipse Salvator, per ea quæ pro humano genere fecit et perpessus est, eam quæ a Deo est salutem in se credentibus conciliabat, unde Jesus appellatus est, secundum angeli testimonium.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΕΤΓ:

« Τίς οὖτος δὲ παραγενόμενος ἐξ Ἐδώμ, ἐρύθημα Ἰματίων ἐκ Βοσόρ; οὗτως ὡραῖος ἐν στολῇ αὐτοῦ· βίᾳ μετὰ ισχύος. Ἔγὼ διαλέγομαι δικαιοσύνην καὶ χρίσιν Σωτηρίου. » Προσωποποιεῖ δὲ λόγος ἐρωτήσεις τινῶν δρώντων τὸν Χριστὸν πολεμικῷ σχήματι θεωρούμενον καὶ τὴν περιβολὴν ἥμαγμένον· οὐ καὶ πρὸς ἀλλήλους φασὶ τὸ ξένον τοῦ σχήματος ἐκπληττόμενοι. « Τίς οὖτος δὲ παραγενόμενος ἐξ Ἐδώμ, ἐρύθημα Ἰματίων ἐκ Βοσόρ; » Ἐπειδὴ γάρ τι Ἐδώμ καὶ τὸ Βοσόρ τῶν ἀλλοφύλων χώρας καὶ ἀεὶ τῶν πολεμίων τοῦ Ἰσραὴλ τυγχάνουσιν, εἰκότως διὰ τούτων τῶν δυνομάτων τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις αἰνίζεται, καὶ τῶν ἀνηρημένων, καὶ ὥστε περι κατεσφαγμένων τὸν Ἰματισμὸν αὐτοῦ φησι πεφονισθαι. Σφόδρα δὲ αὐτὸν ἀλλοίον δρῶντες ἐκ τῆς κατὰ τῶν ἀσεδῶν τιμωρίας, οὐδὲ γνωρίζειν ἔοικασιν αὐτὸν, φαιδρὸν καὶ γαληνὸν καὶ ἡμερὸν αὐτὸν ἐπιστάμενοι· διὸ πυνθάνονται λέγοντες; « Τίς οὖτος δὲ παραγενόμενος ἐξ Ἐδώμ, ἐρύθημα Ἰματίων ἐκ Βοσόρ; » — « Ὑπερμαχῶν» γάρ, κατὰ τὸν Σύμμαχον, τῶν ἀδίκων ὅπερ τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων καταπονουμένων, τοὺς μὲν ὡς ἔχθροὺς μετήρχετο, τοὺς δὲ ἔσωχεν ἐλευθερῶν τῆς ὑπὸ τοῖς ἔχθροῖς δυναστείας.

« Διὰ τὸ σου ἐρυθρὰ τὰ Ἰμάτια, καὶ τὰ ἐνδύματά σου ὡς ἀπὸ πατητοῦ ληνοῦ; Πλήρης πεπατημένης. » Όρα δὲ πώς εἰργται ληνὸν πεπατηκέναι μονώτατος. Μόνιμφ γάρ αὐτῷ τὴν χρίσιν δέδωκεν δὲ Πατήρ, τὴν δὲ τῶν ἀμαρτημάτων ἐκπραξιν ληγὸν εἴωθε καλεῖν· διὸ δὲ τοῖς Θρήνοις Ἱερεμίας φησι· « Ληγὸν ἐπάτησε Κύριος παρθένῳ θυγατρὶ Τούδᾳ· ἐπὶ τούτοις ἐγὼ κλαίω. » Ήσπερ δὲ τῇ ἐπὶ τὸ αὐτὸν τῶν ἀμαρτημάτων εὐθύνη, καὶ δὲ Ελεγχος ἐπ' αὐτοῖς, τῇ τε ἐκπραξις καὶ τῇ τιμωρίᾳ ληγὸς ὄνδρασται· οὕτω καὶ τῶν ἀγαθῶν καρπῶν ἐκ τῆς ἀγαθῆς ἀμπέλου τρυγωμένων ληνοῦ θεοφιλεῖς καὶ θεῷ ἀρεσταὶ γίνονται· ἐφ' αἷς καὶ « Ἐπιλήνιοι » ὑμνοὶ εἰρήναιειν τοῖς Ψαλμοῖς. « Διὰ τὸ σου ἐρυθρὰ τὰ Ἰμάτια, καὶ τὰ ἐνδύματά σου ὡς ἀπὸ πατητοῦ ληνοῦ; Πλήρης πεπατημένης. » Μολύνει δὲ τὰ ἐνδύματα αὐτοῦ, ὥσπερ ἐρυθρὰ γενέσθαι αὐτὰ λέγεται προσωποποιίᾳ ἐμφατικῇ· ὥσπερ καὶ τὸ αἷμα τῶν ἔχθρων, περὶ οὗ φησι· « Καὶ κατήγαγον τὸ αἷμα αὐτῶν εἰς γῆν. » Οὐ γάρ δὴ αἰσθητὸν αἷμα νοητόν εἶναι περὶ τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις.

« Καὶ τῶν ἔθνων οὓς ἔστιν ἀνὴρ μετ' ἐμοῦ. Καὶ κατεπάτησα αὐτοὺς ἐν θυμῷ μου, καὶ κατέθλασα αὐτοὺς ὡς γῆν, καὶ κατήγαγον τὸ αἷμα αὐτῶν εἰς γῆν. » Ἐπειδὴ γάρ ἐδόκουν τὸ πρότερον ἀνυπότακτον τινες

B CAPUT LXIII.
VERS. 1. « Quis est iste qui venit de Edom, rubor vestimentorum de Bosor? sic formosus in stola sua, violentia cum fortitudine. Ego loquor justitiam et iudicium Salutaris. » Interrogantes inducit personas quasdam Christum bellico habitu et cruento amictu videntes: quæ stupendo vestita percusse, ita multuo colloquuntur: « Quis est iste, qui venit de Edom, rubor vestimentorum ex Bosor? » Nam quia Edom et Bosor alienigenarum regiones erant, Israeli semper infestæ; his nominibus adversarias potestates congruerter indicat, ac vestimentum suum cæsorum ac Jugulatorum cruce quasi purpuratum esse dicit. Cum autem ipsum a sumpto de impiis supplicio valde immutatum cernant, ne quidem nosse videntur, quem lætum, tranquillum mansuetumque esse sciebant: quamobrem sciscitantur his verbis: « Quis est iste qui venit de Edom, rubor vestimentorum de Bosor? » — « Propugnans » enim, secundum Symmachum, pro iis, qui ab adversariis potestatis affligebantur, illos quidem ut hostes invadebat, hos autem salute donabat, ab inimicorum potentia eripios.

VERS. 2. « Quare rubra vestimenta tua, et indumenta tua quasi a calcato torculari? Plenus conculcata. » Vide quomodo solus torcular conculcassem dicatur. Ipsi namque soli iudicium dedit Pater peccatorum vero ultionem torcular appellare solet: quare in Threnis ait Jeremias: « Torcular calcavit Dominus virginis filia Iuda: super his ego ploro »²⁴. Quemadmodum autem consertim habite peccatorum poenæ, redargutio, ultio et supplicium torcular vocantur; ita et bonorum fructuum ex bona vinea decerpitorum, Deo amabilia et placita torcularia parantur: qua de causa hymni « Pro torcularibus » dicuntur in Psalmis. « Quare rubra vestimenta, et indumenta tua quasi a calcato torculari? Plenus conculcata. » Vestimenta porro inquinat, ita ut rubore tingantur, prosopopæa usus aptissima; ut etiam cum de sanguine inimicorum ita loquitur: « Et deduxi sanguinem eorum in terram. » Neque enim in adversariis potestatis sanguinem esse cogitandum est.

VERS. 3. « Et de gentibus non est vir mecum. Et conculcavi eos in furore meo, et confregi eos in terram, et deduxi sanguinem eorum in terram. » Nam quia prius non domiti esse, nec victoriae,

²⁴ Thren. I., 15, 16.

concedere videbantur, jure devictos illos ac dejec-
tos subindicans, ait in terram dejectam suisse vi-
ctoriam eorum. « Et confregi eos in terram, et de-
duxii sanguinem eorum in terram. »

Vers. 4. « Dies enim retributionis venit eis, et
annus redemptionis adest. » Siquidem uno eodem
que tempore suos redimet; alius vero retribuet,
prout apud Moysen scriptum est : « Et retribuet
vindictam inimicis, et odientibus se retribuet : »
quemadmodum iis, qui pietatem coluerunt, Serva-
tor cum mercede sua venisse dicitur, ut præmia
tribueret, et bravia supernæ vocationis iis qui pro
pietate certaverint; ita et impiis et contrariam
viam emensis ipse timor accedit, et ventura ukio
prædictitur. « Et retribuet vindictam inimicis, et
odientibus se retribuet.

Vers. 5, 6. « Et aspexi, et non erat auxiliator :
et consideravi, et nullus erat, qui adjuvaret. Et
eruit eos brachium meum, et furor meus adsuit.
Et conculcavi eos in ira mea, et deduxi sanguinem
eorum in terram. » Cur hæc dicantur intelligimus,
si perpendamus, quonodo ipse solus sese evaca-
verit, forma servi accepta, ac sese humiliaverit
factus obediens usque ad mortem, mortem autem
crucis. Nam quæ nullus unquam hominum, nec
angelorum, nec divinarum virtutum sustinuit, ipse
solus pro salute nostra exhibet : ac ipsi soli Pater
nomen dedit, quod est super omne nomen, ac om-
nium ipsi Judicium tradidit. Ille vero, accepta a
Patre potestate, alios quidem eruit, quos salute
donavit; inimicos autem et adversarios in fugam
vertit.

Vers. 7, 8. « Misericordia Domini recordatus sum,
virtutum Domini in omnibus, quæ retribuit nobis.
Dominus judex bonus domui Israel, adducit nobis
secundum misericordiam suam, et secundum mult-
itudinem justitiae suæ. Et dixit : Non populus po-
pulus meus : filii nequaquam repudiaverint. Et
factus est ipsa in salutem. » Hæc, inquit, omnia
recordabor, magnitudinem bonitatis suæ recensens :
hanc vero maxime gratiam elargitus est, ut popu-
lum filios vocaret suos, si tamen illi gratiam suam
non repudiaverint.

Vers. 9-16. « Ex omni tribulatione eorum no-
legatus, non angelus, sed ipse salvavit eos, quia
diligebat eos, et parcerbat eis. Ipse redemit eos, et
suscepit, et exaltavit eos omnibus diebus sæculi.
Ipsi autem non crediderunt, et exacerbaverunt spi-
ritum sanctum ejus : et conversus est ipsi in ini-
micitiam : ipse oppugnavit eos. Et recordatus est die-
rum æternorum. Ubi est qui eduxit de mari pasto-
rem ovium ? Ubi est qui posuit in ipsis Spiritum
sanctum ? qui eduxit dextera Moysen, brachium
gloriae ejus ? Prævaluuit aqua a facie ejus, ut faceret
sibi nomen sempiternum. Duxit eos per abyssum,
tanquam equum per solitudinem, neque labora-
runt, et tanquam jumenta per æmum descendit

A εἶναι καὶ μηδὲν παραχωροῦντες τῆς νίκης, εἰκότιως,
τὴν ἡγεμονίαν καὶ τὴν ταπείνωσιν αὐτῶν αἰνιττόμενος,
φάσκει εἰς γῆν κατενηνοχέναι τὸ νίκος αὐτῶν. « Καὶ
κατεπάτησα αὐτούς ως γῆν, καὶ κατήγαγον τὸ αἷμα
αὐτῶν εἰς γῆν. »

« Ἡμέρα γὰρ ἀνταποδόσεως ἐπῆλθεν αὐτοῖς καὶ
ἐνιαυτὸς λυτρώσεως πάρεστι. » Ἐν ταυτῷ γὰρ τοὺς
μὲν οἰκείους λυτρώσεται, τοὺς δὲ ἀνταποδόσει, κατὰ
τὸ εἰρημένον παρὰ Μωϋσῆν. « Καὶ ἀνταποδόσει δίκην
τοῖς ἔχθροῖς, καὶ τοῖς μισοῦσιν ἀνταποδόσει. »
« Ποσπέρ τοῖς κατορθώσασι τὴν θεοσέβειαν δὲ Σωτὴρ
ἐλέγετο ἐληλυθέναι, ἔχων τὸν ἑαυτοῦ μισθὸν, ως δὲ
τὰς ἀμοιδὰς ἀποδῷ καὶ τὰ βραχεῖα τῆς ἁνω κλήσεως
τοῖς ὑπὲρ εὔσεβειας ἡγωνισμένοις· οὗτα τοῖς ἀσ-
έσται καὶ τὴν ἐναντίαν δόδον πορευομένοις δὲ αὐτὸς ἐστὶ
φόδος καὶ τὸ τιμωρητικὸν ἤξειν θεσπίζεται. « Καὶ
ἀνταποδώσει δίκην τοῖς ἔχθροῖς, καὶ τοῖς μισοῦσιν
ἀνταποδώσει. »

« Καὶ ἐπέβλεψα, καὶ οὐκ ἦν βοηθός· καὶ προσ-
ενήσα, καὶ οὐδεὶς ἀντελαμβάνετο. Καὶ ἐρήσατο αὐ-
τοὺς δὲ βραχίλων μου, καὶ δὲ θυμός μου ἐπέστη. Καὶ
κατεπάτησα αὐτούς τῇ δργῇ μου, καὶ κατήγαγον τὸ
αἷμα αὐτῶν εἰς γῆν. » Νοήσομεν δὲ πῶς δὲ λόγος εἰ-
ρηται, ἐπιστήσαντες πῶς μόνος αὐτὸς ἐκένωσεν ἑαυτὸν
μορφὴν δούλου λαβὼν, καὶ ἀταπείνωσεν ἑαυτὸν
ὑπῆκοος γεννύμενος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυ-
ροῦ. « Αὐτὸς δὲ οὐδεὶς πάντοτε ἀνθρώπων, οὐδὲ ἄγριων,
οὐδὲ τῶν θείων δυνάμεων ὑπέστη, μόνος αὐτὸς δὲ πέρ
τῆς ἡμετέρας ἀναδείκνυται σωτηρίας, καὶ μόνης αὐτῷ
δὲ Πατὴρ ἐχαρίσατο τὸ δόνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν δνομα καὶ
τὴν κατὰ πάντων κρίσιν ἐνεχείρισεν· δὲ τὴν παρὰ
Πατρὸς λαβὼν ἔξουσίαν, τοὺς μὲν ἐρήσετο, οὓς σω-
τηρίας τῇσι, τοὺς δὲ πολεμίους καὶ τοὺς ἔχθρους
ἐπερπούοι.

« Τὸν ἔλεον Κυρίου ἐμνήσθην, τὰς ἀρετὰς Κυρίου
ἐν πᾶσιν, οὓς ἡμὲν ἀνταποδίδωσι. Κύριος κριτής ἀγα-
θῶς τῷ οἴκῳ Ἱσραὴλ, ἐπάγει ἡμῖν κατὰ τὸ ἔλεος αὐ-
τοῦ, καὶ κατὰ τὸ πλήθος τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ. Καὶ
εἰπεν· Οὐχ ὁ λαὸς λαός μου· τέκνα οὐ μὴ ἀθετήσωσι. Καὶ
ἔγενετο αὐτοῖς εἰς σωτηρίαν. » Ταῦτα τοίνυν,
φησι, πάντα ἀναμνήσω τὰ πλήθη καταριθμούμενος
τῆς ἀγαθωσύνης αὐτοῦ, ἐν οἷς καὶ τοῦτο μέγιστον
ἐδωρήσατο χάρισμα, καταξιώσας τέκνα αὐτοῦ ὄνο-
μάσαι τὸν λαὸν, εἰ μὴ ἀθετοίσεν τὴν αὐτοῦ χάριν.

D « Έκ πάσης θλίψεως αὐτῶν οὐ πρέσσως, οὐδὲ ἀγ-
γελος, ἀλλ’ αὐτὸς ἐσωσεν αὐτούς, διὰ τὸ ἀγαπᾶν αὐ-
τοὺς καὶ φεύγεσθαι αὐτῶν. Αὐτὸς ἐλυτρώσατο αὐτούς,
καὶ ἀνέλαβεν αὐτούς, καὶ ὑψώσεν αὐτούς πάσας τὰς
ἡμέρας τοῦ αἰώνος. Αὐτοὶ δὲ ἡγείησαν, καὶ παρ-
έχουντα τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον αὐτοῦ· καὶ ἐστράψῃ αὐτοῖς
εἰς ἔχθρον· αὐτὸς ἐπολέμησεν αὐτούς. Καὶ ἐμνήσθη
ἡμερῶν αἰώνιων. Ποὺ δὲ ἀναβιόσας ἐκ τῆς θαλάσσης
τὸν ποιμένα τῶν προδότων; Ποὺ ἐστιν δὲ θεῖς ἐν αὐ-
τοῖς τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον; δὲ τὸ θεῖον τῇ δεξιᾷ Μωϋσῆν,
δὲ βραχίλων τῆς δόξης αὐτοῦ· Κατίσχυσεν ὑδωρ ἀπὸ
προσώπου αὐτοῦ, ποτῆσαι ἑαυτῷ δνομα αἰώνιον.
« Ήγαγεν αὐτοὺς δὲ ἀδύτεσσον, ως ἵππον δι’ ἐρήμου,
καὶ οὐκ ἐχρηπίσαν, καὶ ως κτήηη διὰ πεδίου κατέβη.

Πνεῦμα παρὰ Κυρίου, καὶ ὀδήγησεν αὐτοὺς. Οὗτως οἱ Σπíritus a Domino, et deduxit eos. Sic duxisti populum tuum, ut faceres tibi nomen gloriaz. Εὐνέλιον τὸν λαόν σου, ποιῆσαι σεαυτῷ δνομα δόξης. Ἐπίστρεψον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἵε ἐκ τοῦ οἰκου τοῦ ἀγίου σου. Ποὺ ἔστιν ὁ ζῆλος σου καὶ ἡ ἰσχύς σου; Ποὺ ἔστιν τὸ πλήθος τοῦ ἑλέους σου, καὶ οἰκτιρμῶν σου, διτὶ ἀνέσχου ἡμῶν; Σὺ γάρ εἶ Πατήρ ἡμῶν, διτὶ Ἀδραὰμ οὐκ ἔτων ἡμᾶς, καὶ Ἰσραὴλ οὐκ ἐπέγνων ἡμᾶς. Ἀλλὰ σὺ, Κύριε, Πατήρ ἡμῶν, βύσαι ἡμᾶς, ἀπ' ἀρχῆς τὸ δνομά σου ἐφ' ἡμᾶς ἔστι. » Ἡδη γάρ καὶ ἀλλοτε παλλάκις ἀμαρτησάντων ἡμῶν ἀνέσχου καὶ οὐδὲν θυμαστόν, ἐπειδὴ ἀπαξ κατηξίωσες εἰπεῖν. « Ὁ λαός μου τέκνα, καὶ ὁ λαός μου υἱοί εἰσιν. » Ός οὖν πατήρ τέκνων καὶ πρότερον ἀνέσχου, καὶ νῦν πάλιν ἀνέσχου· οὐ γάρ Ἀδραὰμ ἦν πατήρ ἡμῶν, εἰ καὶ διακονεῖσθαι τῇ κατὰ σάρκα ἡμῶν ἔδοξε γενέσει. Ἀληθεῖ δὲ λόγῳ σὺ Πατήρ ἡμῶν, οἴα Β πατήρ πάντων πνευμάτων ὑπάρχων, καὶ τῶν κατ' εἰκόνα πεποιημένων ψυχῶν. Διὸ βύσασθαι ἡμᾶς ἀντεβούμεν· « Ἀπ' ἀρχῆς τὸ δνομά σου ἐφ' ἡμᾶς ἔστι. »

« Τί ἐπλάνησας ἡμᾶς, Κύριε, ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σου; ἐσκλήρυνας τὰς καρδίας ἡμῶν, τοῦ μὴ φοβεῖσθαι σε; Ἐπίστρεψον διὰ τοὺς δούλους σου, διὰ τὰς φυλὰς τῆς ἀληρονομίας σου. » Ό προφῆτης πάντα ἐπὶ τὸν Θεόν ἀναφέρει· οὐχ ὡς τοῦ Θεοῦ αἰτίου ἡμῖν γνωμένου τοῦ ἀμαρτάνειν, ἀλλὰ ἐνδιδόντος καὶ συγχωρούντος ἐκεῖνα πράττειν δὲν τις αἰρῆται· ὡς τὴν μὲν αἰτίαν δίχειν ἐξ ἡμῶν, τὴν δὲ ἀναφορὰν ἐπὶ τὸν Θεόν. « Τικα μικρὸν κληρονομήσωμεν τοῦ δρους τοῦ ἀγίου σου· ὡσεὶ καταλειφθέντων αὐτῶν, καὶ μὴ ἀνατελλομένων διὰ πληγῶν τῶν κωλυσούσῶν ἀμαρτάνειν. »

« Ἔγενόμεθα ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς ὅτε οὐχ ἡρξας ἡμῶν, οὐδὲ ἐκλήθη τὸ δνομά σου ἐφ' ἡμᾶς. » Ός ἐκ προσώπου τοῦ λαοῦ ταῦτα φησιν. « Νοστέρ γάρ ἐσκλήρυνας πάντοτε τὴν καρδίαν τοῦ Φαραὼ, οὗτῳ καὶ νῦν, φησιν, ἡμᾶς ἐσκλήρυνας, ἀναξίους είναι χρίνας τοῦ φόδου σου· ἀλλὰ καὶ ἐπλάνησας ἡμᾶς σὺ αὐτὸς, ὁ Κύριε, τοῦ μὴ γνωρίσαι τὴν ὁδόν σου. Πλήγη ἀλλ' εἰ καὶ ἡμεῖς τοιοῦτοι, σὺ γοῦν ὡς Θεός, διὰ τοὺς δούλους σου (εἰπός γάρ εἶναι τινας ἐν τῷ πλήθει τοιούτους), ἐπίστρεψον. Καὶ ἐπειδὴ κλῆρός σου κατηξίωθημεν δνομάζεσθαι, ίσχετεύομεν· Ἐπίστρέψαι διὰ τοὺς δούλους σου, καὶ διὰ τὰς φυλὰς τῆς κληρονομίας σου. » Δυνηθῶμεν καὶ ἡμεῖς οἱ ἀνάξιοι μικρᾶς τίνος ἐλπίδος τυχεῖν ἐν τῷ ἐπηγγελμάνῳ ὑπὸ σοῦ δρει ἀγίῳ· οὐ παντελῶς νῦν ἐκπεπτώκαμεν· ἐπειπέρ οἱ ὑπενεγίοι τοῦ ἡμῶν κατεπάτησαν τὸ ἀγίασμά σου· καὶ τοῦτο ἐπρεβαν διὰ τὸ σὲ ἀποστραφῆναι ἡμᾶς. Οὗτω γοῦν καταλειφθέντες ἐρημοι τῆς σῆς ἐπισκοπῆς, τοιοῦτοι νῦν ἐσμεν, δποῖοι καὶ πρίν σε ἡμῶν δρξαι. Ός γάρ ἡν ποτε χρόνος, ὅτε οὔτε προφήτας, οὔτε λεπέας, οὔτε βασιλεῖς, οὔτε τι τῶν σῶν χαρισμάτων εἶγομεν· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ νῦν εἰς ἐκείνην κατέστημεν τὴν ἐρημιαν. Ταῦτα πάντα ξοικεν ἀναφέρεσθαι ἐπὶ τὸν κατά τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν· ἐν τῷ παντελῶς κατελειφθησαν διὰ τὰ κατά τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τολμηθέντα αὐτοῖς. Νῦν γάρ ὡς ἀληθῶς τοιοῦτοι γεγόνασιν, ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, ὃς εἰς οὐκ ἥρχεν αὐτῶν δὲ Θεός, ὡστε δύνασθαι λέγειν·

A Spiritus a Domino, et deduxit eos. Sic duxisti populum tuum, ut faceres tibi nomen gloriaz. Εὐνέλιον τὸν λαόν σου, ποιῆσαι σεαυτῷ δνομα δόξης. Ἐπίστρεψον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἵε ἐκ τοῦ οἰκου τοῦ ἀγίου σου. Ποὺ ἔστιν ὁ ζῆλος σου καὶ ἡ ἰσχύς σου; Ποὺ ἔστιν τὸ πλήθος τοῦ ἑλέους σου, καὶ οἰκτιρμῶν σου, διτὶ ἀνέσχου ἡμῶν; Σὺ γάρ εἶ Πατήρ ἡμῶν, διτὶ Ἀδραὰμ οὐκ ἔτων ἡμᾶς, καὶ Ἰσραὴλ οὐκ ἐπέγνων ἡμᾶς. Ἀλλὰ σὺ, Κύριε, Πατήρ ἡμῶν, βύσαι ἡμᾶς, ἀπ' ἀρχῆς τὸ δνομά σου ἐφ' ἡμᾶς ἔστι. » Ἡδη γάρ καὶ ἀλλοτε παλλάκις ἀμαρτησάντων ἡμῶν ἀνέσχου· οὐ γάρ Ἀδραὰμ ἦν πατήρ ἡμῶν, εἰ καὶ διακονεῖσθαι τῇ κατὰ σάρκα ἡμῶν ἔδοξε γενέσει. Ἀληθεῖ δὲ λόγῳ σὺ Πατήρ ἡμῶν, οἴα Β πατήρ πάντων πνευμάτων ὑπάρχων, καὶ τῶν κατ' εἰκόνα πεποιημένων ψυχῶν. Διὸ βύσασθαι ἡμᾶς ἀντεβούμεν· « Ἀπ' ἀρχῆς τὸ δνομά σου ἐφ' ἡμᾶς ἔστι. »

C C VERS. 17, 18. « Cur errare nos fecisti, Domine, a via tua? Indurasti corda nostra, ut non timeremus te. Convertere propter servos tuos, et propter tribus hæreditatis tuæ. » Omnia ad Deum prophetia refert: non quod Deus nobis peccandi causa fuerit, sed quod permisit et concesserit illa agere, quæ quivis elegerit; ita ut peccati causa penes nos sit: sed tamen ad Deum referatur. « Ut modicum possideamus montis sancti tui. » Quasi ipsis derelictis, nec resurgere valentibus ob inflictas plagas, quæ ipsis a peccando arcebant.

D VERS. 19. « Facti sumus velut ab initio, cum non dominareris nostri, neque invocaretur nomen tuum super nos. » Quasi ex persona populi hæc effatur. Sicut enim, ait, cor Pharaonis semper indurasti, ita nunc quoque nos indurasti, indignos judicans timore tuo: quinetiam tu ipse, Domine, errare nos fecisti, ut viam tuam ignoraremus. Cæterum etiamsi nos tales simus, tu tamen, utpote Deus, propter servos tuos (nam verisimile est in turba quosdam hujusmodi esse) convertere. Et quia digni habiti sumus qui hæreditas tua vocarerimus, ideo precamur, « Convertere propter servos tuos, et propter tribus hæreditatis tuæ. » Et nos quoque valeamus, licet indigni, modicam saltem spem consequi in monte sancto tuo, quem pollicaris: ex quo jam prorsus excidimus; quia adversarii nostri concilaverunt sanctuarium tuum, idque fecerunt, quia aversatus nos es. Sic igitur derelicti et visitatione tua privati, tales jam sumus, quales eramus anteqnā imperares nobis. Quemadmodum enim tempus olim fuit, cum neque prophetas, neque sacerdotes, neque reges, neque aliud quidpiam a te munus haberemus, sic et nunc eamdem in solitudinem et conditionem recidimus. Hæc omnia referri videntur ad tempus, quod adventum Salvatoris nostri subsecutum est: quo prorsus derelicti sunt, obsecera contra eumdem Salvatorem ab ipsis perpetrata. Nunc enim revera tales sunt, quales erant a

principio, cum nondem ipsis Deus dominaretur, ut A « Ἐγενόμεθα δέ τὸ ἀπ' ἀρχῆς, τε οὐκ ἡρξας ἡμῶν, dicere valeant : « Facti sunius velut ab initio cum non dominareris nostri, neque invocaretur nomen tuum super nos. »

CAPUT LXIV.

Vers. 1. « Si aperias cœlum, tremor apprehendet a te montes, et liquecent. » Cæterum probe novimus et persuasum habemus, si volueris cœlum aperire, utpote Deus omnipotens, tremorem tui montes apprehensurum esse, videlicet adversarias potestates, quæ contra cognitionem tui eriguntur.

Vers. 2, 3. « Sicut cera a facie ignis liquecit, et comburet ignis tuos adversarios, et manifestum erit nomen tuum adversariis : a facie tua gentes turbabuntur. » Sane « Deum nemo vidit unquam¹⁸; » et, « Nemo videbit faciem meam, et vivot¹⁹. » Sed bis videtur Deum subindicare, qui in deserto Moysi oracula dedit, et qui ab omni populo visus est per gloriam omnibus apparentem, de qua dictum est : « Et vidit omnis populus gloriam Domini²⁰. »

Vers. 4-6. « Cum feceris gloria, tremor tui invadet montes. A sæculo non audivimus, neque oculi nostri viderunt Deum, præter te, et opera tua, quæ facies exspectantibus misericordiam. Occurret enim his qui faciunt justitiam, et viarum tuarum recordabuntur. Ecce tu iratus es, et nos peccavimus. Idcirco erravimus, et facti sumus quasi immundi omnes nos : tanquam pannus sedentis omnis justitia nostra. » Quod si qua apud nos reperiri putetur justitia actioque proba, ea sordibus plena et indecora esse deprehenditur.

Vers. 7-12. « Et defluximus quasi folia propter iniurias nostras : sic ventus auferet nos, et non est qui invokeet nomen tuum, nec qui recordatus apprehendat te : quoniam avertisti faciem tuam a nobis, et tradidisti nos propter iniurias nostras. Et nunc, Domine, Pater noster tu, nos vero lutum, opus manuum tuarum omnes, ne irascaris nobis valde, neque in tempore memineris iniuratum nostrarum. Et nunc intuere, Domine, quoniam populus tuus omnes nos. Civitas sancti tui facta est deserta Sion : ut desertum facta est Jerusalem, in maledictionem domus, sanctum nostrum, et gloria cui benedixerunt patres nostri, igne combusta, omniaque gloria nostra conciderunt. Atque in omnibus istis sustinuisti, Domine, et tacuisti, et humiliasti nos valde. »

CAPUT LXV.

Vers. 1-3. « Apparui non rogantibus me : inventus sum ab iis qui me non quærebant. Dixi : Ecce adsum, genti quæ non invocabit nomen meum. Expandi manus meas tota die ad populum non obtemperantem, et contradicentem, iis, qui ambulabant in via non bona, sed post peccata sua. Populus hic, qui exacerbat me, in conspectu meo semper : ipsi immolant in hortis, et adolescent incensum super

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΕΔ'.

« Ἐὰν ἀνοίξῃς τὸν οὐρανὸν, τρόμος λήψεται ἀπὸ σου δρη, καὶ ταχήσονται. » Πλὴν ἀλλ' ίσμεν ἀκριβῶς καὶ πεπεισμέθα, ὅτι, ἐὰν θελήσῃς ἀνοίξαι τὸν οὐρανὸν Θεὸς ὁν καὶ πάντα δυνάμενος, τρόμος λήψεται ἀπὸ σου δρη, τὰς ἀντικειμένας δηλαδὴ δυνάμεις τὰς ἐπαιρομένας κατὰ τῆς γνώσεώς σου.

« Ως κήρδος ἀπὸ προσώπου πυρὸς τήκεται, καὶ κατακαύσει πῦρ τοὺς ὑπεναντίους, καὶ φανερὸν ἔσται τὸ δυνάμα σου τοῖς ὑπεναντίοις. Ἀπὸ προσώπου σου θυνταραχθήσονται. » Καὶ μήν « Θεὸν οὐδεὶς ἐώρακε πάντοτε, » καὶ, « Οὐδεὶς διέτασί μου τὸ πρόσωπον, καὶ ζήσεται. » ἀλλ' ξούσει τὸν Θεὸν διὰ τούτων αἰνίτεσθαι τὸν καὶ ἐπὶ τῆς ἐρήμου χρηματίσαντα Μωϋσῆ, τῷ τε παντὶ λαῷ ἐωραμένῳ διὰ τῆς ἐμφανομένης τοῖς πᾶσι δόξης περὶ τῆς εἰρηται. « Καὶ ἐώρα πᾶς διὰ τὴν δόξαν Κύρου. »

« Οταν ποιῆσις τὰ ἐνδοξα, τρόμος λήψεται ἀπὸ σου δρη. » Απὸ τοῦ αἰώνος οὐκ ἡκούσαμεν, οὐδὲ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν εἰδον Θεὸν πλὴν σου, καὶ τὰ ἔργα σου, ἀποτίσεις τοῖς ὑπομένουσιν Ἑλεον. Συναντήσεται γὰρ τοῖς ποιοῦσι τὸ δίκαιον, καὶ τῶν δόῶν σου μαρτυρήσονται. Ίδον σὺ ὡργίσθης, καὶ ἡμεῖς ἡμάρτομεν. Διὰ τούτες ἐπλανήθημεν καὶ ἐγενήθημεν ὡς ἀκάθαρτοι πάντες ἡμεῖς· ὡς βάκος ἀποκαθημένης πᾶσα ἡ δικαιοσύνη ἡμῶν. » Εἰ δὲ καὶ τις ἐν ἡμῖν ἐνομίσθη εὑρίσκεσθαι δικαιοσύνη καὶ πρᾶξις δικαία, ἐρήτω παμένη καὶ αὐτὴ καὶ ἀτιμος ἐλίγεγκται.

« Καὶ ἐξερδύημεν ὡς φύλα διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν οὖτας δινεμος οἱσεις ἡμᾶς· καὶ οὐκ ἔστιν δὲ πικαλούμενος τὸ δυνάμα σου, καὶ δὲ μηδεὶς ἀντιλαβέσθαι σου· ὅτι ἀπέστρεψας τὸ πρόσωπόν σου ἀφ' ἡμῶν, καὶ παρέδωκας ἡμᾶς διὰ τὰς ἀμαρτίας ἡμῶν. Καὶ νῦν, Κύριε, Πατήρ ἡμῶν σὺ, ἡμεῖς δὲ πηδός, ἔργα τῶν χειρῶν σου πάντες, μή δργίζους ἡμῖν σφόδρα, μή ἐν καιρῷ μηδηθῆς ἀμαρτιῶν ἡμῶν. Καὶ νῦν ἐπίβλεψον, ὅτι λαός σου πάντες ἡμεῖς. Πάλις τοῦ ἀγίου σου ἐγενήθη Ἑρῆμος Σιών, ὡς Ἑρῆμος ἐγενήθη Ἱερουσαλήμ, εἰς κατάραν δὲ οἰκος, τὸ διγονον ἡμῶν, καὶ ἡ δόξα τῆς γύλιγρασαν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἐγενήθη πυρίκαυστος, καὶ πάντα ἐνδοξα ἡμῶν συνέπεσε. Καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις ἀνέσχου, Κύριε, καὶ ἐσιώπησας, καὶ ἐτελέωσας ἡμᾶς σφόδρα. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΕΕ'.

« Ἐμφανής ἐγενήθην τοῖς ἐμὲ μή ἐπερωτῶσι, εὐρέθην τοῖς ἐμὲ μή ζητοῦσιν. Εἶπα· Ἰδού εἰμι τῷ θύνει, οἱ οὐκ ἐκάλεσάν μου τὸ δυνάμα. Ἐξεπέτασα τὰς χειράς μου δλην τὴν ἡμέραν πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα, καὶ ἀντιλέγοντα, τοὺς πορευομένους ὁδῷ οὐ καλῇ, ἀλλ' ὀπίσω τῶν ἀμαρτιῶν αὐτῶν. Ὁ λαός οὗτος δὲ παρούντων με ἐναντίον ἐμοῦ διὰ παντός· αὐτοὶ θυσιάζουσιν ἐν τοῖς κήποις, καὶ θυμιῶσιν ἐπὶ ταῖς

¹⁸ Joan. i, 18. ¹⁹ Exod. xxxiii, 20. ²⁰ Num. xvi, 19.

πλινθοις τοῖς δαιμονίοις, & οὐκ ἔστω. » Εἰ τις θέλει· Αἱ λατερὲς δæmoniis, quæ non sunt. » Si quis, veritatis studiō motus, meam erga homines clementiam perpendere velit, is inveniet me semper vel eos, qui a cognitione mea procul remoti erant, beneficiis prævenisse. Et vero extraneis, qui me nunquam interrogaverant, ob vim affectus mei, manifeste apparui, ita ut jam alienigenæ et peregrini cognitionem mei. assecuti sint; et si illi nullam operam ea in re dederint. Imo etiam iis, qui gratiam meam non quærebat, preces eorum prævertens ipsam traxi: priusquam rogarent, priusquam supplicarent, dixi. Ecce adsum.

« Έν τοῖς μνήμασι καὶ ἐν τοῖς σπηλαιοῖς κοιμῶνται διὰ ἐνύπνια οἱ ἔσθοντες χρέας νειον, καὶ ζωμὸν θυσιῶν, μεμολυμένα πάντα τὰ σκεύη αὐτῶν. Οἱ λέγοντες, Πόρρω ἀπ' ἐμοῦ, μὴ ἐγγίσῃς μοι, διτι καθαρός εἰμι. Οὗτος καπνὸς τοῦ θυμοῦ μου. Πύρ καλεῖται ἐν αὐτῷ πάσας τὰς ἡμέρας. Ἰδοὺ γέγραπται ἐνώπιόν μου. Οὐδὲ σιωπήσω ἔως ἂν ἀποδώσω εἰς τὸν κόλπον αὐτῶν τὰς ἀμαρτίας αὐτῶν καὶ τῶν πατέρων αὐτῶν, λέγει Κύριος. Οἱ θευμάτασιν ἐπὶ τῶν φρέων καὶ ἐπὶ τῶν βουνῶν ὥνειδισάν με, ἀποδώσω τὰ ἔργα αὐτῶν εἰς τὸν κόλπον αὐτῶν. Οὗτως λέγει Κύριος. « Όν τρόπον εὑρεθήσεται ὁ ρώξ ἐν τῷ βότρυι, καὶ δροῦσι· Μή λαμήνῃ αὐτὸν, διτι εὐλογίᾳ ἔστιν ἐν αὐτῷ· οὐτετοις ἔνεκεν τοῦ δουλεύοντος μοι. » Ἀλλ' εἰ τούτις ἐντὸς αὐτῶν εὑρεθεῖη, ὡς ἐν βότρυι ἔνρρε όγιῆς καὶ ἄρβαμένος ρώξ, οὐδὲ διαπεσεῖται παρ' ἐμοὶ τῷ κριτῇ, οὐδὲ συναπολέται τοῖς ἀπολλυμένοις, διὰ τὸ μετέχειν αὐτὸν εὐλογίας. Οὗτως δὲ ἔσται ὁ ρώξ οὐτοῖς τίμιος παρ' ἐμοὶ, δισψ καὶ σπάνιος. Κατὰ τοῦτο δὲ τὸ παράδειγμα καὶ ἐπὶ τοῦ παντὸς ἔθνους ποιήσω, εἰπερ τις εὑρεθεῖη καὶ ἐν τούτοις σωτηρίας δέξιος.

« Τούτου ἔνεκεν οὐ μὴ ἀπολέσω πάντας, καὶ ἔξαῖω τὸ ἔξι Ιακὼβ σπέρμα καὶ ἔξι Ιούδα· καὶ κληρονομήσει τὸ δρός τὸ ἄγιόν μου· καὶ κληρονομήσουσιν οἱ ἔκλεκτοι μου καὶ οἱ δοῦλοι μου, καὶ κατοικήσουσιν ἔκει. » Τὸ ἀγαθὸν καὶ σπάνιον σπέρμα, δηλαδὴ ὁ ἀποστολικὸς χορὸς τοῦ πλήθους τῶν ἀπολλυμένων ἀφορισθεῖς. Πάλιν κάντασθα ἔκλεκτούς καὶ δούλους αὐτοῦ τοὺς ἀποστόλους σημαίνει, οἵτινες ὡς ρώγες εὑρηγηται· οὓς καὶ ἔκλεξάμενος περιφυλάττει ἐκ τῶν ἔτερων, καὶ σπέρμα ἄγιον καὶ ἔκλεκτὸν ὄντομασεν.

« Καὶ ἔσονται ἐν τῷ δρυμῷ ἐπαύλεις ποιμάνων, καὶ φάραγξ Ἀχώρ εἰς ἀνάπτασιν βουκολῶν τῷ λαῷ μου, οἱ ἔξητησάν με. » Δρυμὸν δὲ εἰωθεν ἡ Γραφὴ τὸ πλῆθος τῶν ἀλλοφύλων καλεῖν καὶ ἀλλογενῶν ἔθνῶν· ἐν οἷς ἐπαύλεις ποιμάνων ἔτεονται θεοπίζει, τὰς ἔκκλησίας τῶν τοῦ Θεοῦ προβάτων αἰνιττόμενος. Λαδὸς δὲ ὁ ἔκκητησα; αὐτὸν δὲ ρώξ ἦν καὶ τὸ ἀνωτέρω εἰρημένον σπέρμα οἱ ἔκλεκτοι δοῦλοι· διτι ὅν τον βουκόλον καὶ ποιμνια συστήσασθαι οὐκ ἐν τῷ Ἱερατῇ, οὐδὲ ἐν τῇ Ἰουδαϊών χώρᾳ, ἀλλὰ ἐν τῷ δρυμῷ καὶ ἐν τῇ λεχθείσῃ φάραγγι Ἀχώρ προφητεύει.

« Τμεῖς δὲ οἱ ἔγκαταλιπόντες με, καὶ ἐπιλανθάνομενοι τὸ δρός τὸ ἄγιόν μου, καὶ ἐτοιμάζοντες τῷ δαιμονιῷ τράπεζαν, καὶ πληροῦντες τῇ τύχῃ κέρασμα. Ἐγὼ παραδώσω ὑμᾶς εἰς μάχαιραν· πάντες ἐν σωματικῇ πετεῖσθε· διτι ἔκάλεστα ὑμᾶς, καὶ οὐκ ὑπ-

B cunt, Longe a me, ne appropinquas mihi, quoniam mundus sum. Iste est sumus furoris mei. Ignis ardet in eo cunctis diebus. Ecce scriptum est in conspectu meo: Non tacebo donec reddam in sinum eorum peccata ipsorum et patrum suorum, dicit Dominus. Qui adoleverunt incensum supra montes et supra colles exprobraverunt mihi, retribuam opera eorum in sinum eorum. Sic dicit Dominus: Quemadmodum invenietur acinus in botro, et dicent: Ne perdas illum, quia benedictio est in illo; sic faciam propter servientem mihi. Sed si quis inter eos reperiatur, sicut in botro arida, sanus vividusque acinus, non cadet apud me judicem, neque cum pereuntibus peribit, quia benedictionis particeps est. Tanto autem pretiosior apud me erit hic acinus, quanto rarius. Ad hunc plane modum et formam cum gente tota rem agam, si quis penes illos reperiatur salutē dignus.

Vers. 9. « Ideo non perdam omnes, et educam de Jacob semen, et de Juda: et possidebit montem sanctum meum: et hereditabunt electi mei et servi mei, et habitabunt ibi. » Bonum et rarum semen, videlicet apostolicus chorus, a pereuntium multitudine sequestratus. Hic rursum electos et servos suos apostolos vocat, qui velut acini reperti sunt, quos item ab se electos ex aliis servavit, et semen sanctum et electum vocavit.

D vers. 10. « Et erunt in saltu caulae gregum, et vallis Achor in requiem armentorum populo meo, qui quiescierunt me. » Solet Scriptura alienigenarum et extranearum gentium multitudinem saltum vocare, in quibus caulas gregum fore vaticinatur, Dei ovium ecclesias subindicans. Populus vero qui exquisivit eum, acinus erat, et semen superius memoratum, electi ejus famuli: quorum opera caulas boum et ovilia non in Israele, neque in Iudea, sed in saltu et in memorata valle Achor constituenda esse prænuntiat.

Vers. 11, 12. « Vos autem, qui dereliquistis me, et obliiti estis montis sancti mei, qui paratis dæmonio mensam, et qui impletis fortunæ libamen. Ego tradam vos in gladium: omnes in cæde cornuetis: quoniam vocavi vos, et non audivistis; locutus sum,

et cōnūmpsistis, et fecistis malum in conspectu meo, et quæ nolebam elegistis. » Quoniam ego ipse qui vos præsentia mea dignos habui, vos priores per memetipsum vocavi, vos autem non obedivistis: quam item criminacionem prius efferebam his verbis, « Quia veni, et non erat homo; vocavi, et non erat qui audiret. » Rursum in populo tales accusationes instituit, docens se, utpote Deum, qui ad justitiae trutinam omnia faciat, nunquam neglecturum eos esse, qui sibi quovis in loco serviant, ex quacunque gente fuerint. Omnes quippe, qui sibi servire proponunt, salute donat. Ipsos igitur excipiet, ac iis cœlestem cibum suppeditabit, salutare nempe Verbum, quod ait, « Ego sum panis, qui de cœlo descendit⁴². » Et hi quidem memorato pane nutrientur et saturabuntur; vos autem, inquit, qui gratiam meam non suscepistis, rationabilis cibi penuria esuriatis: itemque qui mihi serviunt immortalis vita potu replebuntur, de quo dictum est, « Quicunque biberit ex aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam⁴³. »

Vers. 13-15. « Propterea hæc dicit Dominus, Ecce qui serviunt mihi comedent; vos autem esuriatis: ecce qui serviunt mihi bibent, vos autem sitiatis: ecce qui serviunt mihi lætabuntur, vos autem confundentis: ecce qui serviunt mihi exultabunt in lætitia, vos autem clamabitis propter dolorem cordis vestri, et a contritione spiritus vestri ululabitis. Relinquetis enim nomen vestrum in saturitatem electis meis; vos autem interficiet Dominus: servantibus autem mihi vocabitur nomen novum. » Quod si curiosæ agentes ediscere cupiatis quinam mihi servituri sint, et quod illis sit nomen, scitote Deum nondum ipsorum nomen palam efferre velle, sed id sollemmodo significare, quod neque Israel vocandisi, neque Jacob, neque Judæi, neque alio quopiam hominibus noto vocabulo. Novum enim quoddam ac recentissimum nomen imponetur; illudque insolens, ac nunquam alias auditum, quod benedicetur in terra, accrescat item, et multiplicabitur præ omni corporali benedictione. Nam si qua alia augendæ multitudini apta Dei benedictio fuerit, hanc item consequetur nomen servis meis imponendum.

Vers. 16, 17. « Benedicent enim Deo vero: et qui jurant in terra, jurabunt per Deum verum. Obliviscantur enim tribulationis primæ, et non ascendet in cor eorum. Erit enim cœlum novum et terra nova, nec recordabuntur priorum, nec veniet in cor eorum. » Nam alias cum tunc cœlum suspicerent, rem creatam colebant præ Creatore, et terram similiter veluti Deum venerabantur, nec non exortos ex illa fructus: nunc vero cœlum novum et terram novam videntes, opera manuum Dei esse fatentur, non autem deos esse putant.

⁴² Joan. vi, 41. ⁴³ Joan. iv, 14.

42) Hic et in sequentibus locis vocem ὑπακούειν non male veritas respondere Nam hoc usu plerum-

το πονηρὸν ἐναντίον ἔμοι, καὶ οὐκ ἐδουλόμην ἐξελέξαθε. » Ἐπειδὴ αὐτὸς ἡγὼ τῆς ἐμαυτοῦ παρουσίας καταξιώσας ὅμᾶς αὐτοὺς πρώτους ὅμᾶς δι' ἐμαυτοῦ κέκληκα· ὑμεῖς δὲ οὐχ ὑπηκούσατε· ὅτι καὶ πρὸ τούτου ἡγίαμην λέγων. « Διότι ἥλιθον, καὶ οὐκ ἦν δινθρωπος· ἔκάλεσα, καὶ οὐκ ἦν διπακούων. » Πάλιν πρὸ τὸν λαὸν τὰς προκειμένας ποιεῖται κατηγορίας, διδάσκων, ὡς δικαιοσύνης ζυγῷ πάντα πράττων, ὡς Θεός, οὐδαμῶς μὲν παρέβεται τοὺς δῆποτε αὐτῷ δουλεύοντας, ἔξ οἴου δὲ ἔθνους εἰεν. Πάντας γάρ ἀπλῶς διασώζει τοὺς δουλεύειν αὐτῷ προηρημένους. Παραδέξεται οὖν, καὶ τούτοις παρέξει τὴν ἐπουράνιν τροφήν, τὸν Λόγον τὸν σωτήριον τὸν εἰρηκότα· « Ἔγὼ εἰμι δὲ ἄρτος δὲ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς. » Οὗτοι μὲν οὖν τῷ λεχθέντι ἄρτῳ τραφήσονται καὶ ἐμπληθήσονται· ὑμεῖς δὲ, φησι, οἱ μὴ τὴν ἡμήν ὑποδέξαμενοι χάριν, ἐνδείξατε λογικῆς τροφῆς λιμάνετε· καὶ πάλιν οἱ μὲν ἐμοὶ δουλεύοντες πότου ζωῆς θιανάτου πλησθήσονται, περὶ οὓς λέλεκται· « Ός δὲν ἐκ τοῦ ὄντος, οὐν ἡγὼ δώσω αὐτῷ, γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὄντος ἀλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. »

« Διὰ τοῦτο τάδε λέγει Κύριος· Ἰδού οἱ δουλεύοντές μοι φάγονται, ὑμεῖς δὲ πεινάσσετε· Ἰδού οἱ δουλεύοντές μοι πίονται, ὑμεῖς δὲ διψήσετε· Ἰδού οἱ δουλεύοντές μοι εὐφρανθήσονται, ὑμεῖς δὲ αἰσχραθήσεσθε· Ἰδού οἱ δουλεύοντές μοι ἀγαλλιάσονται ἐν εὐφροσύνῃ, ὑμεῖς δὲ κεκράξεσθε διὰ τὸν πόνον τῆς καρδίας ὅμῶν, καὶ ἀπὸ συντριβῆς πνεύματος ὅμῶν ὀλολύετε. Καταλείψετε γάρ τὸ δνομα τὸν εἰς πλησμονὴν τοὺς ἐκλεκτοὺς μου· ὅμᾶς δὲ ἀνελεῖ Κύριος· τοὺς δὲ δουλεύοντος μοι κληθήσεται δνομα καινὸν. » Εἰ δὲ περιεργότερον ἔθλοιτε μαθεῖν τίνες εἰεν οἱ μέλλοντες δουλεύειν, καὶ τι αὐτοῖς δνομα, γινώσκετε, ὅτι οὐπω μὲν εἰς φανερὸν τονόμα αὐτῶν δ Θεὸς βούλεται ἀγαγεῖν· τοσοῦτον δὲ μόνον σημαίνει, ὡς οὔτε Ιορατὴ κληθήσονται, οὔτε Ἱακὼν, οὔτε Ιούδαιοι, οὔτε ὄλως τι τῶν ἀνθρώπων συνεγνωσμένων. Καὶνδν γάρ τι καὶ νεώτερον αὐτοῖς ἐπιτεθήσεται δνομα, ξένον, καὶ μηδεπώποτε ἀκούσθεν, δ εὐλογήθησεται ἐπὶ τῆς γῆς αὐξανόμενον, καὶ πληθυνόμενον ὑπὲρ πᾶσαν σωματικὴν εὐλογίαν. Εἰ γάρ τις καὶ ἀλλή πλήθους ποιητικὴ τυγχάνει ἐκ Θεοῦ εὐλογία, ταύτης τεύξεται τὸ δνομα τὸ ἐπιτεθησμένον τοῖς δουλεύοντι μοι·

« Εὐλογήσουσι γάρ τὸν Θεὸν τὸν ἀληθινὸν· καὶ οἱ δμνύοντες ἐπὶ τῆς γῆς δμοῦνται τὸν Θεὸν τὸν ἀληθινὸν. Ἐπιλήσονται γάρ τὴν θλιψίην τὴν πρώτην, καὶ οὐκ ἀναβήσεται αὐτῶν ἐπὶ τὴν καρδίαν. Ἐσται γάρ δ οὐρανὸς καίνος καὶ ἡ γῆ καίνη, καὶ οὐ μη μνησθῶσι τῶν προτέρων, οὐδὲ οὐ μη ἐπέλθῃ αὐτῶν ἐπὶ τὴν καρδίαν. » Αλλως μὲν γάρ τότε δρῶντες τὸν οὐρανὸν, ἐσέδοντο τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, καὶ τὴν γῆν δμοῖς ἐθεοποίουν, καὶ τοὺς ἐκ ταύτης βλαστῶντας καρπούς· νῦν δὲ ταίνον δικούντες τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, ἔργα χειρῶν Θεοῦ εἶναι δμολογοῦσιν, οὐκέτι δὲ θεοὺς εἶναι νομίζουσιν.

que hæc vox occurrit tum in Scriptura sacra, tum apud alios scriptores.

« Ἄλλος εὐφροσύνην καὶ ἀγαλλίατιν εὐρήσουσιν ἐν Α αὐτῇ. «Οὐτε ἰδοὺ ἐγὼ ποιῶ ἀγαλλίαμα Ἱερουσαλήμ, καὶ τὸν λαὸν μου εὐφροσύνην· καὶ ἀγαλλιάσομαι ἐπὶ Ἱερουσαλήμ, καὶ εὐφρανθήσομαι ἐπὶ τῷ λαῷ μου· καὶ οὐκέτι μὴ ἀκουσθῇ ἐν αὐτῇ φωνὴ κλαυθμοῦ οὐδὲ φωνὴ κραυγῆς, οὐδὲ οὐ μὴ γένηται ἐτεῖ ἀκεῖ ἀντρός καὶ πρεσβύτης, δὲ οὐκ ἐμπλήσεις τὸν χρόνον αὐτοῦ. » Πάντες γάρ τῆς παρ' ἐμοὶ ἀναστάσεως τυχόντες κατὰ τὸν καρδὸν τῶν ἐπαγγελιῶν εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τίσουσι· καὶ πάντες ἔσονται ἀχμαῖοι τὰς ψυχὰς, ὡς μήτε ἀντρὸν νήπιον κατέτελῃ, μήτε ὑπερβεβηκότα καὶ γεγραχότα ἐν αὐτοῖς εὐρίσκεσθαι· πάντες δὲ διμήλικες, ὡς δὲ οὐρανοῖς καὶ πάντες τῆς ἀναστάσεως τευχόμενοι, καὶ μιᾶς παλιγγενεσίας μεθέξοντες.

« Ἐσται γάρ δὲ νέος ἐκατὸν ἑτῶν, δὲ ἀποθνήσκων Β ἀμαρτωλὸς ἐκατὸν ἑτῶν, καὶ ἐπικατάρατος ἔσται. » Τὸ διον τοῦ χρόνου τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως παρέστησεν. « Ἐσται οὖν δὲ ἀμαρτωλὸς καὶ αὐτὸς ἐκατὸν ἑτῶν, καὶ ἐπικατάρατος ἔσται ἀχμαῖος, καὶ ὡς ἐν κακίᾳ τέλειος, ἀποθνήσκων τῇ ἑαυτοῦ ἀμαρτίᾳ· δὲ τε νέος πάλιν ἐκατὸν ἑτῶν, καὶ αὐτὸς τέλειος ἐν τελείοις, εἰς σωτηρίαν παραλαμβάνομενος.

« Καὶ οἰκοδομήσουσιν οἰκίας, καὶ αὐτοὶ ἐνοικήσουσι· καὶ καταφυτεύσουσιν ἀμπελῶνας, καὶ αὐτοὶ φάγονται τὰ γεννήματα αὐτῶν. » Τοῖς γάρ ἔσων Ἑργοῖς καὶ ταῖς οἰκείαις πράξεις ποριοῦνται ἔσωντος τὰς μονὰς τὰς παρὰ τῷ Πατρὶ· ἀλλὰ τοὺς καρποὺς τῶν πάνων αὐτῶν φάγονται· διόπερ δὲ γεωργήσαντες συνήγγαγον, ταῦτα εὑρήσουσι, καὶ ἐξ αὐτῶν τραφήσονται.

« Οὐ μὴ οἰκοδομήσουσι, καὶ δὲλλοι ἐνοικήσουσι, καὶ οὐ μὴ φυτεύσουσι, καὶ δὲλλοι φάγονται. Κατὰ γάρ τὰς ἡμέρας τοῦ ἔνδου τῆς ζωῆς ἔσονται αἱ ἡμέραι τοῦ λαοῦ μου· τὰ γάρ ἔργα τῶν πάνων αὐτῶν παλαιώσουσιν. » Ἄλλος εἰς ἀπειρον αἰώνα ἐν ἀθανάτῳ εὗνωτις διάξουσι· διὸ λέλεκται· « Κατὰ γάρ τὰς ἡμέρας τοῦ ἔνδου τῆς ζωῆς αἱ ἡμέραι τοῦ λαοῦ μου. » Τὸ διύλον δὲ εἰρηται ἐν τῷ παραδείσῳ τοῦ Θεοῦ πεφυτεύσθαι· δείχνυνται τοιγαροῦν, ὅτι οὐκ ἔξω τοῦ Θεοῦ αἱ ἐπαγγελίαι τυγχάνουσι. Δι' ὧν ἀπάντων σαφῶς ἔτερον λαὸν εἰσάγει ἔσωντῷ παρὰ τοῦ Ἰουδαίων θένους. Οὗτοι γάρ παλαιώθησονται, οὐδὲ ἐτέροις καταλείψουσι, μέλλοντες αὐτοῖς μεθίστασθαι τοῦ βίου, τοὺς ἔσων πόνους· ἀλλ' οὐτοὶ τὰ ἔργα τῶν πάνων D εἴς ἔσωντὸς ἀναλήψονται, καὶ τοῖς οἰκείοις καρποῖς ἐντρυφήσουσιν.

« Οἱ ἐκλεκτοὶ μου οὐ κοπιάσουσιν εἰς κενὸν, οὐδὲ τεκνοποιήσουσιν εἰς κατάραν· διτε σπέρμα εὐλογημένων ὑπὸ Θεοῦ ἔστι, καὶ τὰ ἔγχοντα αὐτῶν μετ' αὐτῶν. » Εἰ γάρ καὶ τινες ἔσονται κατὰ τὸν καρδὸν τῶν ἐπαγγελιῶν κόποι αιτήσοι καὶ ἀγαθοὶ καὶ ἡδεῖς, διποίους πεάντως που καὶ ἡ ἀγγελικὴ τάξις ὑπομένει· ἀλλ' οὐκ ἐπικενῶς ἔσται τὰ τῆς ἐργασίας αὐτοῖς· μισθὸς γάρ αὐτοῖς ἐπάξιος τεθησαύρισται. Τεκνοποιῶν δὲ νοήσωμεν τῶν ψυχῶν τοὺς λογισμοὺς καὶ τῆς διανοίας τοὺς καρποὺς, οὓς κατάρας ἔσεσθαι ἀλλοτρίους, εὐλογίας δὲ ἀξίους θεσπίζει. Ταῦτα καὶ εἰς τὸν παρόντα βίον ἐκλαμβάνεσθαι οἷματι, τοῦ λόγου πάλιν

meatus supra meatus effundit, Deus autem in eo ipso A quem sunt cuncta. Non est unum ex o quod est manet : neque enim vox conveniens inventur, neque comparatio perveniens ad illam natu ram : sed ut non taceamus colligentes quæ habemus ; cum autem omnia dixerimus, tunc constemus quia quæ dicimus nihil differunt a taciturnitate. Pater ex eo agnoscat figura quod est non natus. Unus enim est ipse, qui non est ab alio : unus est qui ex eo quod non natus est agnoscat. Non frater ei, non Pater Patris, sed singularis natura est : et in ea quod non natus est, vere solus ostenditur, non natus Pater : ab hoc sane non nato manente quod est indivisus, inscissus, impartitus, impassibilis, unigenitus est Filius natus : neque alius est non natus, neque alius unigenitus ; sed unus non natus Pater, et unus unigenitus Filius. Haec non nos extollunt, memoria illius beati viri. Utinam autem ita possim dicere, ut vobiscum semper ab eodem audiebam. Sed ea quæ nunc dicuntur, illi placita fuisse videntur. Gloria enim est proborum servorum vera de Domino dicere : et honor eorum patrum qui bene docuerunt, si repetantur eorum doctrinæ. Unus igitur est non natus Deus : serva (96) non natus cum Patre, et non habebis in anima confusione : serva unigenitus cum Filio, et non turbaberis, neque jam eris incertus quemadmodum Deus et Deus, et non Dei. Quia enim retines unus Deus non natus, et unus Deus unigenitus ; ideo non dñi, quia neque non nati, neque unigeniti : serva figuram non nati, et confidere figuram unigeniti, et nulla turbela est in medio, non lis, non contentio, non jurgium. Pater non sibi ascribit Patrem : Filius unus sibi ascribit Patrem : Pater a nullo est, Filius ab uno est Pater. Non suscipiunt hæc litem, aut habent dubitationem : *Ut cognoscant te solum verum Deum*⁹⁶ : non quia non vere est unigenitus Filius Dei, sed quia a semetipso, et ex semetipso, et per semetipsum, si tamen ita dici debet : fons et principium omnium bonorum est Pater, qui genuit talam bonam progeniem. Bonus enim Filius est, sed cedit bonitatem suo genitori, non mentiens sed sciens unde est. Sine principio : principium autem dico non temporum, non saeculorum ; hæc enim per Filium facta sunt, et non cum Filio nata : non tantum enim non ante Filium, ut si alter quid introducere cum Filio volueris, non salvabis unigenitum, sed sicut Pater solus non natus est, et si dixeris Filium non natum, periclitaris de eo quod dicis : ita si quid computaveris cum unigenito, quid loqueris ignoras. Unus enim est non natus, et noli querere alium non natum : unus unigenitus, et noli querere alium Filium, ne interrumpas unigenitum : unigenitus enim non est unum ex cunctis, sed per

⁹⁶ Joan. xvii, 13. ⁹⁷ Joan. x, 30. ⁹⁸ Joan. xvii, 25.

(96) *Serva. Típ̄et, observa. Aut etiam tuere, retine. Supra lib. i: In principio erat, serva quod erat, etc.*

(97) *Iis enim qui. Videtur hoc velle: is enim qui est in eo qui est, non ideo àvntāp̄er, huc est, non ideo*

B per quem sunt omnia : ipse a Patre habet hæres : non est ex hereditate. Consenso angelis qui adstant, neque ex archangeli omnium non est unus ex his qui iudicant trahas naturam quæ non accedit, neq; Quem ex hoc debemus nosse ; quia non his quæ dicit, aut sibimetipsi prodest. Res enim ex nostris sermonibus non sunt. Quia igitur Iudei non constentur Filius non est Filius. Judicabit enim eos qui notatur eum : quia quidem novum istud sacrificiōdixerunt dicentes, eumdem ipsum ei quem et Filium : neque Patrem Patrem que Filius Filius : sed secundum ipsorum nūl prorsus. Si enim Pater non est ipse est et Filius, ut ipsi flagitantur ; et Filius, quia ipse est Pater : prope est ut neque Patrem esse, neque Filius : ut non ciunt quod non sit. Quis enim poterit audire sibi esse Patrem ? quis poterit Patrem sibi esse Filium ? Si enim voluero misericordiam, non mutatur vestrum propositum. tatis me aliena loqui ? Dicam ergo Pater et Filius non Filius. Nam et si dixerim, quod Pater, et ipse sibi est Filius ; nonne insanum significant sermones mei ? sed me non lauant adversum eos qui dixerunt, quantum et adversus eos qui patiuntur : calamitas ab hisdem et Scripturæ. Ego : tene Ep conjunctionem : *Ego et Pater unus sum* tamen non sumus. Contraria enim implena sunt. Filius dicit, Ego ; ille dicit, Filius dicit, et Pater ; ille dicit, non Pater inquit, sumus ; et ille contra, non sumus. scriptum est ? aut quid delemos ? aut quid aut quid agnoscimus ? Ego in Patre et Pater in Filiis, et Filius in Patre. Non tamen quia neque ego, neque Pater modum autem Pater in Filiis, et Filius in maximis quidem cur audies querere ? istud est in eo qui est, non quia non est in eo, quia non est Pater ut sit in Filiis. Non tamen Filius qui est in Patre significat. Si et apostoli duodecim unum sunt, et secenti quingenti, et tota Ecclesia unum. Ei ne p ad humanam deducere divina : sed ultimum in omnibus cum indulgentia apud fratres, et Deus ut est. Tamen si dixerimus quod omnis Ecclesia quæ ubique est, nonnullus reprehendat : quia non mentitur sed dixit : *Ego in ipsis, et tu in me*⁹⁸. Non quidem Patris irreligiosi sermones dixerunt quod non sit is qui genuit, neque sp̄t

non subsistit. An ideo Pater avutāp̄er, existit, quia est in Filiis ? igitur neque Iudei, neque Iacob, non subsistit, quia est in Patre. Reputat Iou. i, 18, et xiv, 10, 11 : Pater in Filiis in Patre.

genitus. Sed si non est Filius, et quomodo A propter naturam. Ex Virgine in novissimis temporibus, ex Deo ante aeternum. Ex Virgine, cum hominibus; ex Deo autem ante omnes. Iste ergo et dispensationem confitit, et naturam delere noli, nec extinguas tibi lumen (1). Si quidem et qui oculos claudunt suos, non lumen extinguitur, sed ipsi lumine non fruuntur. Nam et si quis lumen verum non fuerit confessus, non illud delet, sed ipse manet in tenebris. Ita enim ipse Filius dicit: *Qui non crediderit in Filium, non videbit, sed ira Dei manet super ipsum*²⁸. Quae ira? illa utique quae ab initio. Qui enim non confitetur eum per quem revocatur sententia, ipse adversum se ipsum revocat sententiam. Negotia enim separata habent naturam: nostri autem cogitatus accipiunt fructum, a veritate quidem vitam, a mendacio autem noxiam et perditionem. Si quis enim percutserit caput suum ad petram, petra quidem ipsa manet, caput autem ab insipientia accipit plagam, forte autem et periculum. Dicit sane et Apostolus: *Fundamentum aliud nemo potest posere praeter eum qui est positus Christus Jesus*²⁹; et iterum: *Petra autem erat Christus*³⁰. Si ad istam petram caput percutseris tuum, scissum est quod volebas: si autem confessus fueris lumen, habebis quod confiteris. Si eni^m apostoli quibusdam quidem odor mortis ad mortem sunt, quibusdam autem odor vitae ad vitam; si illi qui per Christum sal sunt, et qui per Christum luminaria efficiuntur, ad mortem et ad vitam his qui credunt et qui non credunt habentur: quanto magis is qui donavit haec hominibus Christus? Si quis, inquit, *vos non suscepit, exentes excutie pulverem de pedibus vestris: tolerabilius enim erit terrae Sodomorum in die judicii, quam civitate illa quae vos non suscepit qui a me missi estis*³¹. Si autem quis ipsum non suscepit Christum: quid si etiam non solum non suscepit, sed interire voluerit? si ausus quis fuerit dicere, quia sine Filio est Deus, aut quia sine Patre est Filius? Haec enim nunc quidam calumniantur dicentes, quia ipse sibi est Pater, ipse est et Filius, et non est Filius. Si enim Pater ipse sibi est pater, non est Pater, quia ipse sibi et Filius est, ut aiunt. Ludimus in divinis: irrationalia enim ista ne quidem parvi suscipiunt. De his saepe sermonibus unum brevissimum insantem interrogata, qui prima ueste voce qualitercumque coepit loqui, et dicit ei: *Pater tuus ubi est?* Aut sicut consueverunt infantes patrem appellare si semetipsum ostenderit, arguit me infans: si autem parvulus statim ut fuerit interrogatus intellexerit quid queritur ab eo, eum qui se genuit ostendit: vide quid audis. Cum autem benedictus Filius, tenens panem, levat manus suas sursum, ut tuam mentem ad eum qui se genuit extollat, nosce Patrem, et cessa negare Filium. Si igitur Unigenitus. xliv, 8. ²⁷ Isa. v, 6; vii, 14. ²⁸ Joan. iii, 36. ²⁹ I Cor. iii, 11. ³⁰ I Cor. x, 4. ³¹ Matth. 5.

Ms. Non naturam sed gloriam occivimus.
Ms. Agnoscite prophetica verba.

PATROZ. GR. XXIV.

(1) Ms. Ne extinguas tibi lumen.

tus dicit : *Pater, gratias ago tibi, quia semper me exaudisti : sed propter circumstantem populum istum dico, ut credant quia tu me misisti*¹. Ista interpretatione non indigent : et sedemus ut insensati, et ludimus. Num semetipsum genuit Pater? num semetipsum misit? num semetipsum orat, et sibi metipsi gratias agit, et ipse sibi est Filius, ipse sibi est pontifex, ipse sibi est agnus, ipse sibi est via, ipse sibi est janua? Et quis haec, etiam si sit insipientissimus, patietur? Num una vox est ut circumveniamus, una est littera ut deleamus? Dicit enim iterum Dominus : *Ecce ego diligo Patrem meum*², *ego honoro Patrem meum*³, *opera quæ ego facio ille faciliter, Pater meus quotidie operatur et ego operor*⁴, *si creditis in Deum et in me creditis, vado ad Patrem meum*⁵. Gratias agit, orat, viam semetipsum vocat, ut agnoscas ad quem vadis : januam semetipsum dicit⁶, ut agnoscas ad quem ingredieris : *Pater, inquit, meus agricola est, et ego vitis*⁷ : *vitis et agricola unus est?* Hanc comparationem Dominus dixit, ut ne quis me reprehendat. Ego autem volo ut me quidem omnes homines reprehendant : ego autem volo : Domini autem custodiant verba. *Descendi de cœlo ut faciam voluntatem ejus qui me misit*⁸ : obedivit autem usque ad mortem. Sed quid nunc opus est Pauli? quanquam et Paulus non testimonio suo dicat; tamen quia ipse Dominus non auditur, ut quid de domesticis ejus est sermo? Vis sane honorare Filium, ut vult ille, non ut tu vis. Num si dixeris non est, honorasti, si interemeris quem non potuerunt Judæi? Judæi enim fabri filium eum putaverunt, et ut fabri filium interfecerunt; tu ut Filium Dei interfecis. Sed tu morieris, non ille. Non enim ex his quæ tu dicis, ille non est : sed ex his quæ non credis, tu non eris. Quæ scripta sunt dicio, et derelinquetur lis. Non meum et tuum, sed quæ communia sunt Ecclesia. Quis enim te judicat? quid habes quod non acceperisti? Non ista est vox Pauli qui ait : *Ex parte agnoscimus, et ex parte prophetamus*⁹? Haec dixit Paulus, ne sane solus putaretur ex parte, sed et Apostoli cum ipso qui ait, *nunc videmus per speculum*¹⁰. Sed Paulus per speculum; tu autem et istic jam vis facie ad faciem nosse. Quemadmodum sane eum interimis quem vides. Haec (2-3) videbamus semper a beato illo viro. Sæpe enim dicebantur ab eo, ut quidam suspicarentur ore quidem suo ista proferre, corde autem aliter habere. Et quidem memor vobis sum audisse me ab eo sancto nobis juramento satisfecisse, quia non aliud in lingua, et aliud esset in corde ejus; sed corde quidem creditur ad justitiam, ore autem constitetur ad salutem : unde igitur

¹ Joan. xi, 41, 42. ² Joan. xiv, 31. ³ Joan. viii, x, 9. ⁴ Joan. xv, 4. ⁵ Joan. vi, 38. ⁶ I Cor. viii, 15.

(2-3) *Haec videbamus, etc.* Henr. Valesius legit : *Haec audiebamus semper a beato illo viro, sæpe enim ita dicebantur ab eo, ut quidam suspicarentur ore quidem eum ista proferre, etc.*

(4) *Neque cessavit, Forte neque cessabit.*

A omnis beatus audit, inde et nōs universi A Filio nihil audiat sponsa, quod non sui. Si quidem non licet sponsæ alienam in auribus vocem, etiam si Paulus dicit non dubitaret sponsa de Paulo, ait ipse *rimentum quæritis ejus qui in me loquitur* Desponsavi enim vos, inquit, viro uni; i populo, sed uni unigenito una sponsa enim sponsi ille est qui gaudet de sposa Non est vidua sancta Ecclesia. Vivit enim ipsa est mortuus. Angeli non mortuum sed vita erat, erat, erat, et est, et non a Neque enim copit a temporibus; neque a saecula (4). Regnum eum ejus non habet quia non temporale imperium ejus est, i tuum. Tempus enim resurrectionis est, salutis. Non moriamur ergo, cum debemus Sed nunc quidem paucis ob memoriam et Patris illius nostri, ita boni, ita laboriosi Ecclesiæ ubique vigilante (5) dicta sint o que enim generis ejus; memoriam secundum educationis, aut eruditionis, aut alterius propositi. Sufficient enim in Ecclesia Dei et Filio loqui (6). Loqui quippe dicibili autem quæ ocella sunt. Tinguamus fratres in Scripturis scripta sunt, non ut vetera prophetarum ut Judæis. Illi enim ad legunt; legentes enim litteras et non sibi negotium ex his quibus legunt (7), aemulique deminant qui excusant. Videte ne patiamur Judæis increpamus. Si enim dicimus Fili consitemur autem Filium, et si agnoscimus spernamus autem Patrem; illa ipsa quæ ipsa nobis in die judicii legentur ad conditum. Dicit enim Dominus : *Ego non judicabo sermo quem locutus est ipse eum judicabit tibi, quia vado ad Patrem meum* Dixit et missus a Patre sum; et tu dicis quia non es sed ipse es qui haec dixit, et tunc judicabitur. Evangelia, dabis rationem, dicet cur haec scripta. Haec autem tunc non dixi per vocem. Et quid debis illud lumen? Contenti simus veritate, mus lites. Si quis autem et novit aliquid conscientia et non ad instigationem quæ ledit, et humilitate quæ prodest, non ut iniurici, Christiani, non ut in circulo, sed ut in B. Habes aliquid : trade non cum lite, sed auctor, sed ammonens ea quæ didicisti a Scripturis. Retinetur haec, et cessabitis a lite, et ab omnia separari nolite. Si ego deliro, quid ad ego aliena loquar, me judica et perdere oportet nolite querere ad schismata. Oratio

49. ¹ Joan. v, 17, 36. ² Joan. xiv, 1, 22. xiii, 9. ³ ibid., 12. ⁴ II Cor. xiii, 3. ⁵ " VIII,

(5) Vigilante. H. Valesius legit vigilante. (6) Ms. Sufficit enim in Ecclesia Dei et Filio loqui.

(7) *Ex his quibus leguntur. Graeco more, pro quo leguntur.*

tra gregem est, pars lupi est. Nam etsi fortior ovis es, expedit tibi infra parietes ovis esse, quam foras. Fortis es, porta meam infirmitatem : infirmus es, accipe medelam a communi Ecclesia : gutta una torrentem non facit. Si enim et ceciderit, antequam cadat, a terra absorbetur. Gutta autem, et gutta, et gutta etiam montes evertit. Canna es fragilis, multi autem ferro sunt fortiores. Oculus solus non est oculus, neque caput caput, neque pes pes. Compositio enim membrorum totum bonum facit. Nam etsi esses oculus, ablatus, eras cæcus. A corpore enim sublatus oculus, cæcus est oculus, magis autem mortuus. In Ecclesia fratres sub alas matris conveniamus : in Ecclesia in qua ornamenta sponsæ sunt, et membra Christi, non ad schismata, non ad hæreses. Aliquoties enim dico : offendit mea lingua : potest fieri ut mens mea offendat. Sed tu noli : obliviscere (8) eum qui dixit : *Presto empti estis, nolite fieri servi hominum*¹⁵. Ista enim domus non mea est aut tua. Cur mei causa recedis a Dominica domo ? Et primo quidem quid accepimus nobis quia sapientiores omnibus sumus ? Deinde ut quid quod in prece (9) diabolus babet, donamus ei ? Si ego infirmus suui, tu qui es fortis, non recedens, confirma Ecclesiam. Si ego aliena loqueror, cur tu qui bene loqueris abstrahis te ut videantur mea infirmari ? Et ne quis me putet incitatum ad quosdam dicere : sed ab exercitio (10) sum multorum : scio quanta dicta sunt et dicuntur. Unusquisque enim querens unde pascatur furatur (11). Minores : fra-

A tres : non faciamus conventicula, non speluncas. Forte enim apostoli haec fundarunt. Non lapides dico, sed negotia rerum. Exis ab Ecclesia, et relinquis matrem tuam propter me. Quid sum enim ego, aut Paulus, aut Apollo quis est ? De me et te erit sermo. Num ego crucifixus sum ? Necdum ne quidem alapam accepi. E contrario autem, et honoratus sum propter Jesum. Et ille quidem multa passus est propter me : ego autem honoratus sum propter ipsum. Et nos quidem feriamur adversus crucem, et adversum eum qui propter nos fel et acetum bibit, et imponimus ei spinas magis quam Judæi, et effodimus manus ejus et pedes, et dinumeramus ejus ossa : *Quæ enim, inquit, fecisti uni ex minimis istis qui credunt in me, mihi fecisti*¹⁶, aut bonum aut malum. Haec fratres et in his fratres : non semper nomina, sed res. Christianus enim verus, frater sit. Verus Christianus : verus est enim Christus. Fratres, fratres, nolite esse piratae, nolite bellatores. Nolite quererere cum quo litigatis, sed quem salvetis. Ipse autem Deus pacis, qui non pepercit unigenito suo Filio, et misit eum ad salutem nostram, ipse omnium vestrum animas ad unam consensionem, ad unam concordiam, ad unam pacem et charitatem adunet per unigenitum suum Filium : per quem est non nato Patri gloria; honor, imperium, maiestas in Spiritu sancto, et nunc et semper, et per omnia secula seculorum. Amen.

EUSEBII PAMPHILI DE RESURRECTIONE.

LIBER PRIMUS.

Dictum est quidem a nobis et ante de resurrectione ; audistis et vos : sed omnia tempora exigunt suum fructum, siquidem et in tempore rosarum, rosæ florescent. Agnoscant autem et secundum Jeremiam¹⁷, et hirundines tempus et alli passeris agri ; quorum propheta faciens mentionem, increpabat Israel qui tempora ignorabat. Et tempus omni rei esse sapientissimus dixit Salomon¹⁸. Quia igitur tempus exposcit de resurrectione tractari, expelunt

C autem et quæ lecta sunt ; forte etiam sepe nobis dicentibus, necdum quidam de resurrectione suscepserunt sermonem : nihil prohibet repetere nos et denuo, et de his ipsis tractare¹⁹. Eadem enim scribere nec Paulum piguit : hi enim qui credunt resurrectionis sermones, erunt tutiores : forte autem qui necdum quasi sunt, suadebuntur. Nunc creditur enim sermoni qui de resurrectione habetur ; et magna est multitudo non credentium. Gentiles enim

¹⁵ 1 Cor. vi, 20; et vii, 25. ¹⁶ Matth. xxv, 40. ¹⁷ Jer. viii, 7. ¹⁸ Eccl. iii, 17. ¹⁹ Philipp. iii, 4.

(8) *Noli : obliviscere.* Forte sed tu noli obliisci.

(9) *In prece Ἐν εὐχῇ, in voto, in optatis.*

(10) *Ab exercitio.* Id est, ex ministerio meo mea quatio ad multos pertinet.

(11) *Furatur. Minores.* Forte furatur minores, id est, adducit per fraudem e sinu Ecclesiæ parvulos in fide, sibique adjungit, unde alatur : quales si de quibus Judas apost. 12, *Semel ipsos passentes*.

non credunt; heretici simili modo iisdem non habent fidem; Judæi divisi sunt de resurrectione. Saducæi enim intercipiunt (12) resurrectionem, Pharisei autem suscepere: nisi magis in injuriis petierunt, quam honoraverunt: forte autem et qui in Ecclesia convenient, multi dubitant de resurrectione; quæ enim necdum oculis videntur, a plurimis non creduntur. Nam et hi qui suscipiunt resurrectionem, constituti utpote in Ecclesia, multa habent dubia in mente de ipsa resurrectione. Aiant enim, quomodo resurgetus? in quo habitu, qua conversatione, in quo loco? nudi an vestiti? manducantes? non indigentes esca? in cœlo, in paradiso? omnes simul, an alii alibi? Quæ diversitas? utrum in locis, aut in dignitatibus? Et de his qui puniuntur utrum et semper, aut tempus aliquod, et utrum semper per ignem, aut aliquando alterius? Et utrum qui plura, et parva, et qui multa peccaverunt, semper habebunt poenam? Et si videbunt se invicem, aut secundum eminentias alii in alio loco punientur. Et utrum qui puniuntur si semetipos videbunt (13); et si justi eos, qui in poenis sunt: et si hi qui in poenis sunt, justos conspiciunt? Et mille sunt quæstiones de proposita resurrectione. Tantis igitur propositis quæstionibus, et tantis noui creditibus, et tantis dubitantibus; oratione opus est, ut ipsius resurrectionis Dominus, et impensis quidem tribuat sermonem dicenti, intellectum autem audientibus. Siquidem et hi quæ dicta sunt aliud unum est commune vitium, quod jurgatur adversus resurrectionem. Multi enim sunt qui peccant, pauci autem qui se custodiunt. Illi igitur qui delinquent, nolunt esse resurrectionem, ut non incurvant in poenas; sed suam voluntatem decreto resurrectionis opponunt, et resistunt Deo. Quia enim volunt a negotio liberari semel morientes, nolunt in toto esse resurrectionem, ut non habeant causam, neque rationem vitæ præstant post mortem judici Deo. Ergo jurgatur et horum voluntas decreto resurrectionis: quia igitur tanta et talia sunt quæ queruntur, oratione opus est, ut Victor superet universos. Non ignoramus autem et illud, quia multi putaverunt Deum nihil amplius posse quam nos. Incerti sunt enim et movent et adducunt in medio istiusmodi quæstionem. Mortuus est, inquit, qui mortuus est; et illam quidem partem ejus aquila manducavit aut vultur. Forte autem non patiuntur aquilæ istiusmodi humilitatem. Aliam, inquit, accepit canis, et canem ut puta sæva bellua manducavit: aut aliud aliquid animal, et istud animal interfectum, combustum est, aut certe obputruit, aut ipsum ab alio quodam comedestum est, fieri enim hoc potest; tanta, inquit, successione facta, et catu eorum qui mortui sunt ab alio in alterum, quomodo, inquit, potest Deus invenire initium? tanquam de figulo aliquo, aut de quodam ar-

(12) *Intercipiunt.* Infra col. 1075 A: *Si interceperimus resurrectionis spem: et supr. lib. 1, paulo post initium: Filius Verbum dicitur non intercipit Deum.*

A tifice qui apud nos est, humile loquatur. Et nongitant quantum interest inter Deum et homines mortuos. Gentilium igitur multi semel providedi in his omnibus ejicientes, et a Deo vivo semel fraudantes, ausi sunt dicere, quod et repetenter non est. Illi enim sine Deo agentes spem resurrectionis interrimunt. Qui enim eum qui satis negant, difficile est ut consteantur resurrectiones. Sed relinquamus horum importunitatem, ut arias convincantur. Nec enim ad omnes certare par est, neque ad omnes jurgari; siquidem ne insanos consuevimus de cogitationibus sanis loqui autem imprudenter ita jurgantur, non ad sed ad ipsum ordinem officiorum, et ad opificia jussa sequuntur, ad solis scilicet cursum, ad mutationem lunæ, ad stellarum choros, ad translationem horarum (14) quæ per annos effici costruant, ad officium maris, ad terram, ad aërem pluviam, et ad omnia quæ sequuntur, ad officium, ad hominum, ad animalium, ad avium divitiales, ad vultuum, ad specierum habitum, et unicuique conveniens esca, membrorum patentium numeri, ungularum measuræ, capilli officia, compositio membrorum: hæc omnia sitio clamant opificem, et provisorem omnium. Quia igitur ista cœci non viderunt, per ea videntur invisibilem: stultum est de coloribus gari ad cœcos: quid enim efficacius est Dei providentia? quid autem breve quod putatur non in sequalem a majoribus invenietur habere provisionem? Cur enim formicarum salvatur genos in longitudine? cur apium et operationes in communitate duntur, et habita minima in substantia? quæque et in volatu, et processu, et regressu, et in consentienti sibi. Quis fecit mel? utique qui eruit medicinam, quæ eo ad medelam utitur. Num. Quid enim non plenum est providentia? non clamat provisorem Deum? Nonne herbe, utilitatem præbent medelis? nonne pisces et producti, quidam quidem ad escas, quidam ad curas? Nonne lapides incisi, ut alii quidem sint ad ædificia et lecta et operamenta, alii sarcarii ad corporum sanitates, quia et infirmi? Nonne escæ aliae aliis succedentes, et aliae consequentes, ostendunt præparatorem Deum? Non secundum uniuscujusque habitum animalis meas magnitudines, compagines, membra sunt, et unumquodque ad suam necessitatem et virtutem accepit? Equis enim velocitas data est, ut insequuntur et fugiantur; aliis animalibus fortitudo, et portarent pondera sibi imposita. Et mensura unicuique virtus, potentia, magnitudo, coquunt esca, et ipsis animalibus propria salus, quæ gererent, et a quibus se abstinere: bonum autem et ab aliis animalibus irrationabilibus esse videtur.

(13) Ms. Et iterum qui puniuntur, si semetipos debunt.

(14) *Horarum.* Ὡρῶν, tempestatum.

bus, et a plantis et ab arboribus, a lapidibus, a mari at a terra : undique enim constitutus est veluti in uno corpore mundus conjunctus sibi. Et unumquodque quidem quod factum est, propriam habet naturam et salutem ; plurima autem quæque in se necessaria continet. Denique sol positus quidem est in suo loco, habet autem propriam magnitudinem, et possidet acceptum suum fulgorem, et illuminat ea quæ in terra habentur, sovet et calefacit. Et nunc quidem longius abscedens, cedit confectioni hiemis, ut statutum est ; nunc autem iterum reveratns, et ad mensuras accedens, non subito nocet ; exussisset enim omnia, si subito ad ea spatia quæ dimiserat recurrisset ; neque iterum non illuminans intermisit, ut fractus non coquerentur ; neque advenire ad impetum subito currit : at mensuræ et recessenti et recurrenti sunt datæ. Non conjunguntur dies noctibus habentes solem ; si enim hæc ita essent, arsisserent omnia. Sed sol quidem per diem sovet, ros autem nocturnum consolatur ardorem. Et mensura a terra sol distat, ut neque propinquans noceret, neque longius distans frigori cederet. Mensuræ igitur his quæ in celo sunt ad ea quæ in terra habentur ; nec non et quæ in mari ad terram, et diei ad noctem, et hiemi ad æstatem. Et non tanta eloqui possunt, quanta universa natura proclamat. *Cœli enarrant gloriam Dei, opera autem manuum ejus annuntial firmamentum*¹⁰, dicit Propheta. In alio autem psalmo a sursum usque deorsum omnis creatura diminueratur. Et certe et ipse qui dicit, *Cœli enarrant gloriam Dei, non loquentiam audivit. Ait enim non esse loquelas, neque sermones*¹¹ : tacentium autem eorum in omnem mundum exiisse sonum eorum ait. Quia igitur per tanta quæ diximus et tacuimus, ipsa rerum negotia clamant, et providentiam prædicant Dei ; rationis non est ad eos qui præscribere naturam volunt, et visibilia non videre, nosmetipsos protendere. Sed ab illorum quidem irreligiositate transire jam tempus nos admonet, properare autem ad aliam, ne videamus et contaminari insipientes eos, qui non vident. Tantum autem addi oportet, quia confessa providentia consequens est adesse resurrectionem, quemadmodum consequens et necessaria est resurrectio. Sine causa justitiam colit justus ? sine causa pudicitiam amat pudicus ? et qui providet his quæ sine anima sunt, arboribus et plantis, Deus, invenitur rationabiles animas negligens ? et qui providentiam suam formicis impertit, et ostendit eas quæ non habent rationabilem sensum, subiicit consentire, et imitationem concordiae habere ; tamen et oporteat dici consentire sibi ea, quæ non habent sensum ; quia igitur et formicis providet Deus, et dedit eis et receptacula terræ et concordiam, omnium licet sint natura infirmiores, tamen rebus, quæ videnus, donavit : de bobus autem secundum Apostolum pertinet ad Deum¹², et de nobis ei Psal. xviii, 1. ¹¹ ibid. 4. ¹² Cor. ix, 9.

(15) Ms. *Fruitus est quæ diripuit.*

(16) Ms. *Et ei qui martyrium colit.*

A non pertinet ? quemadmodum autem pertinet, si similiter moritur justus, et impius ? Is enim qui aliena rapit, fruitus est quæ diripuit (15) : qui autem sua amisit, ablit gennens non habens spem ? Sed non est iniquitas apud Deum. Si enim non est spes resurrectionis, et solatium illis qui istuc nocentur, et merces his qui sua istuc spargunt, magna iniquitas est apud justum. Si enim æqua redduntur omnibus, junanti et ebrioso, libidinoso et pudico, rapient et donanti, occidenti et ei qui occiduntur, et ei qui martyrum tollit (16), ubi virtus est providentia ? In præcipuis enim si desuerit, non erit utilis neque in minimis. Sed non sit sacrilegium istud admittere quemquam : sive enim gentiles sunt qui adversus resurrectionem agent nobis rationem, qui volant ratione se agere cuncta, qui sunt irrationalibus : quemadmodum Deo justitia salvabitur ? istuc enim videmus nonnunquam perverse negotia geri, ut illos quidem qui cantant putemus bene habere in mundo : alias autem, qui diripiunt et ditantur, lætari et annos esse corpore, forte magis iniquos quam justos, et nonnunquam melius corpus habere, et filios quamplures, et hos incolumes, et mulieres cum viris lætam degere vitam, et servorum multitudinem eis esse, et opum et possessionum, et condita multa substantia larga, quam et transmittunt ad filios : justi autem gerunt, et cum mœrore degunt in mundo : et ubi est justitia quæ a Deo est ? Et si quidem ad Judæos sit sermo, quid profuit Abraham, ut præmissionem quidem acciperet, ad præmissiones autem non perveniret : quique patrem quidem amantissem, matrem quidem dilectam, patriam in qua est educatus reliquit propter præceptum ? Scitis autem et vos quanta pernices sit consuetudinis sustinere recessum. Adveniens autem ad terram reprobationis, circumbat ut peregrinus et advena, desiderans satiari aqua, cuius ipse fons, puteus erat adinventor, qui ei fructus ex præmissione provenit ? Tormentum enim ei erat ipsius præmissionis adventus : videre enim præmissionem, non permitti autem eadem frui, magis ad blasphemiam adducebat, sed non Abraham. Abraham enim addens et non perfruens ut inensa apposita, et prohibitus degustare etiam ex his quæ exsuperaverant, ita diuissus gratias agebat. Quid ergo profuit illi ? Sed quia filium habuit ; post quanta tormenta, post quantas orationes ? Servi Abraham habebant, et Abraham desiderans non habebat : sed conjugem habebat, et istam honestam, quæque ab eo ablata est, et valde amare, non interficiens, et mutans locum (17) et locum, perseveravit. Dicant ergo Judæi quæ provenerint Abraham ex præmissione in præsenti hac vita, ut abscidamus eorum spem resurrectionis. Sed habuit aliud. Quando ? Circa centesimum annum datus est ei filius, tormentorum potius ejus et precum. Quia enim habuit et bonum aliud, et lætatus in done est,

(17) *Locum. Τόπον ἐκ τόπου ἀμελσαν.*

il faciebat pater cum filio, et inter hæc A: eos, *Manet hic : ego autem et puer ascenderemus adorabimus in monte, et regrediemur.* Hoc quidem non speravit, hoc autem impetravit, et usus est Deus ejus lingua ad prophetiam. Cum ergo dicitur Abraham propheta, et queritur a multis ubi prophetaverit Abraham; scire oportet, quia maxime quidem cui revelavit Deus semetipsum, quantum et possibile fuit Abraham ut revelaretur ei; iste ipse vocabatur propheta. Alia autem invenimus eum istic prophetantem: unam quidem prophetiam, quam jam diximus: secundam autem eam, quæ insequitur. Sed sequentem forte dicere perniciosum est, et audire perniciosius. Quemadmodum, putas, sustinuit ea quæ passus est? quemadmodum charitas omnia sustinet. Et pueri quidem remanserunt, præcepit enim dominus; Abraham autem accipiens ignem et ligna et gladium, ascendit cum filio, ipse filio suo imponens ligna. Et certe scimus Abraham per semetipsum vitulum portantem ad susceptionem eorum qui advenerant. Quid autem nunc nec partitus cum filio pondus est, sed omnia ligna imposuit filio, voiens jam acceptum habere donum? significabat autem quia incipiet immolare, quemadmodum portare crucem per semetipsum. Cum autem promoveret iter, et agnosceretur montis cacumen, et ignis in medio, et ligna, in collo Isaac haberentur, et gladius appareret; Isaac undique prudens, quod alii pueri non dixerat, iste requirit a patre. Tentationem utpote quam habebat pater, eloquitur dulcissima, aut potius dura voce: magis autem non tantum grave, quantum dulce. Pater enim, inquit: sufficit hoc ad flectendum patrem: quique et conjungit alia et dicit: *Ecce ignis, ecce ligna, ubi est ovis in sacrificium?*²⁰ Quis alius portasset istam vocem? Ex aliis quidem hominibus nullus. Juste ergo Deus Abraham dilexit. Adamantinus autem ille, unigeniti sui sagittam accipiens, non tacuit ferens, sed potuit loqui, potuit respondere, et neque linguam offendit dentibus: potuere autem et dentes aperiri et dare spatum linguæ: sed nec forte ista dicere de illo licium est. Non enim ex his quæ nos patimur, illius virtutem accusemus: sed et laetus et exultans, erat enim Abraham, respondit ad filium non crudeliter neque inhumane, sed religiose D et pie: dicit enim ad filium: *Dominus providebit ovem sacrificiu suo, fili.*²¹ Ecce alia prophetia, quæ ab eo qui locutus est, ignorabatur: oppositum autem erat quod ait, *Dominus providebit ovem sacrificio suo, fili.* Sicut enim ille incipiens sermone ait, *pater:* ita iste consignans verbum, dicit, *fili.* Audit ovem, et accepit ut a patre, certus quia quod inventum interim nou erat, inveniretur. Cum autem pervenissent ad locum, ædificabat Abraham festinans altare, et cum construxisset, menitetur ad filium promissionem (21) quæ per linguam fuerat facta. non tamen eam quæ in corde erat absconsa. Et accedit pater Abraham: n. xxii, 5. ²⁰ Gen. xxii, 7. ²¹ ibid. 8.

Negotio. Forte negotia, res.

(21) Promissione. An promissionem?

omine, et hoc in ligno, et hoc suspensa, A ^{utem} electus ille et qui ante Esau factus est, vi-s
s hæserunt manus et pedes tanquam in prophetia Abrabæ efficitur duplex. Quod Deus providebit ovem sacrificio, fili : et compleatum est in comparatione, servaba-in mysterio veritati. Quid igitur sibi vult incurrens ostendere quia Abraham (23) uita transegit in angustiis, in tenta-t doloribus. Si enim in ista vita spem ha-ridatus esset a spe. Cum igitur gloriati-læi in Abraham, necessitatem haebunt cionem confiteri. Hoc ad illam Sadducæo-m, qui negant prorsus resurrectionem ecce diceretur. Quia autem alia pars, hoc ^B xorum, resurrectionem quidem confectionem autem talem dicit futuram, ut inducitur et bibatur, et conjugiis utatur ; em resurgentess cessent manducantes et i conjugiis se conjungentes : venter enim quam homines. Et sicut quidam morien-te fuere in deliciis viventium, putant are (24) ista vita in morte, in monumen-ta januas sepulcrorum semelipsos depin-til in imaginibus, et post mortem mandu-ct Judæorum Pharisæi volunt et post re-rem tanquam depicti iterum manducare et nubi et nubere. Recumbunt enim et pi-d istiusmodi, et meliores suæ (25). Nos siliamus ad id quod verum est. Si enim .resurrectio, excusaremus utique resur-um enim exsurgere, et arare et metere, nducare et bibere, iterum spoliari et ve-um dormire et vigilare. Sed advertamus Apostolus : Si in ista vita spem haberemus in iserabiliore omnibus hominibus essemus ^a, a statuit Deus ut in ipsis iterum simus, nt t quiescere facit ? Hoc enim iudicantis est ncedere mori, et iterum ad ipsam resur-. Si enim ita resurgereimus, oportebat ut non amitteret quæ hic sunt, jam per-æ esset in resurrectionem accepturus. Si i voluptate bibere et epulari vita est; in e hora non cum voluptate bibimus, frauda-ita. Sed vere Judæorum venter est deus ^b,

Paulus, qui est ex Judæis, qui Judæos issus non est, veritati enim credidit in uid autem dicent nobis et de Isaac, qui at dolorem immolationis? Habuit autem c easdem ipsas tribulationes, quas et pa-gis inquam suæ, quæ parere non poterat, i mœrorem, commanentium deceptions, borum. Hæc donat Deus suis, dolores, tri-, angustias. Si Deus hæc promisit : Jacob

^a xv, 19. ^b Philipp. iii, 19. ^c Gen. xxxi,

te per interrogationem, Quid igitur sibi rmo incurrens ? ut responsio sit, Ostendere iam, etc.

. Putant se fraudare. Quid si potius, pu-raudare.

giuli et unum annos serviit, tunc maxime cum adolescentia ei dabant epulari : et in paternis dum ageret, suspectus erat ne occidetur a fratre : et in socii domo servus : in itinere autem lapidem ponit sub capite suo, et cum virga sola ambulat. Hæc nuditatem quidem significant ipsius hominis : sacramenta autem quæ per Jacob siebant, petram supportantem caput ejus, qui persecutionem patiebatur : et virga in manu ostendens viam fugienti. Ego sanci audivi Jacob dicente, quia per diem comedit eum ardor solis; et frigus semper per noctem sensit ^c. Si ista beatitudo est, valde odit Deus Jacob, Esau erat autem in deliciis. Audio sane Deum dicentem : Jacob dilexi, Esau autem odiavi ^d. Dicant igitur nobis Judæi : si iste est fructus pro missionis, si ista est spes, num odit Deus Jacob de quo dicit, quia dilexi? Sed tunc cum liberatus a servitute esset, nonne fugit ut salvaretur? Fugiens autem non est comprehensus, et in timore stetit? Sed fugiens insequentem se socerum nonne occurrit fratri suo? nonne timor timori successit? Sed quia liberatus et ab isto est: nonne habuit in senectute sine consolatione dolorem? Habuit enim Jacob et alium Isaac. Habuit, inquam, Joseph, illum bonum et dilectum sibi, bonam progeniem suam : amarum autem de eo dolorem. Et habuit quando et sterilis erat et istius mater, et Jacob non cessabat orando. Jam autem et in opprobrium erat. Deflebat enim sterilis, et dicebat ad virum : Da mihi filium, aut moriar ^e. Soror exaggerat. Ancilæ habebant, et libera non habebat. Dolor, gemitus, et tristitia erat iisdem. Sed misertus est eis aliquando Deus, et natus est Joseph ille bonus undique, corpore in tantum, quantum testatur quæ victa est, mentem autem (26) quantum testatur pater : qui prærogavit his, qui antea fuerant nati. Testatur autem et apud Ægyptum dispensatio, quæ toto facta est mundo. Testatur et scientia linguæ quam ignorabat : et mirabilia intellectibus pueri erant; sed pul-chritudines hæ salvatæ, lœtificant : bonorum autem casus sine solatio dolorem parabant. Erat igitur in timore patris Joseph : et cum adasset cum eo, ne forte talis non permaneret salvator : ita mordebat, et timorem ingerebat patri per ea quæ loquebatur, per ea quæ aiebat, per ea quæ facebat. Quid ergo quia Joseph erat talis, et secundus solus matris suæ, et dilectus patri, et fratres quidem ejus mittebantur ut pascerent gregem : Joseph autem ad charitatem patris non est missus cum fratribus; quia habebat tunicam singularem ad agnitionem præcipue charitatis. Non sufficerat Jacob fratriis livor, fratriis invidia, servitus in peregrinatione, fuga a fratre, com-

40. ^a Malach. 1, 3; Rom. ix, 15. ^b Gen. xxx, 1.

(25) Ms. Meliores sue.


(26) Menter autem. Fortasse, mente (bonus) si-cut antea corpore : sensus est, animi dotibus pre-sensionis, sicut testatus est pater, cum ei partem unam hereditatis supra fratres attribuit.

prehensio insequentis : obvius a timore frater ; ut A autem benefa
vix acciperet Jacob a sterili ipsius matris mors :
desupra hæc omnia decem et septem dum ageret
annos in ætate Joseph : tunc cum augmentur bona,
excidere bonis quantus est dolor ? Et mittit pater
dilectum suum filium, quem in multis fratribus ha-
bebat unigenitum : mittit pater filium, ut visitaret
eos qui erant in solitudine fratres. Puto quia et
dum legitur Vetus Testamentum, magis Novum est
quam Vetus. Mittit pater filium suum quem habe-
bat in locum unigeniti : nam et singulari veste
separaverat eum a fratribus : mittit filium de quo
prædictiones erant : prædictiones autem quas ipse
quidem viderat Joseph, non absconderat autem a
fratribus suis : erat enim frater. Dicebat enim ad
eos : *Metebamus, inquit, et meum manipulum erectum
est ; vestri autem undecim circuitu adorabant*²⁶. Bene jam occasio esse cœpit, ut adorarent fratres.
Audierunt fratres, et efficax somnium statim intel-
lexerunt, et aiunt ad eum : *Num adoraverimus te
nos? regnabis enim aut tenebis nos?*²⁷ Forte autem
irascebatur primogenitus et primogeniti, quia junior
volebat omnibus prærogari. Voluit enim somnium
videre ut hoc velit : num increpatur aliquis cur
somnium viderit ? Tamen objurgatum Joseph est, et
hoc secundo videt : et ne quidem secundo abscondit
ab his qui irati fuerant dō priori. Ita erat frater
ad fratres. Illi autem ex secunda visione firmitates
priorem, duplarem habebant invidiam et indignatio-
nem et iram adversus Joseph. Narravit et patri
somnium, quia sol et luna et undecim stellæ se
adorabant²⁸. Solem quidem in loco patris intel-
lige, lunam autem in loco matris, et cætera. Vide-
tur reprehensibile esse ; quia mater ejus non vidit
eum in gloria : quemadmodum ergo adoravit ? aut
nunc queritur locus matris quem implevit conjux
patris ? Simul autem magis stellæ undecim, hoc est
undecim fratres. Forte autem ideo ex sideribus
quæ in cœlo sunt apparuit somnium, ut pretiosa
ostenderetur prosapies generis ejus. Præfectæ sunt
itaque prædictiones ; prædicta enim sunt, quæ
sunt prædicta (27). Et tunc mittitur a patre, de quo
et prædictiones. Prædixerunt enim prophetæ : et
tunc missus est Filius a Patre Christus. Joseph
autem filius veniebat a longe ad fratres frater.
Magis autem ad non fratres frater. Illi autem viden-
tes eum a longe venientem, dicunt ea quæ et in
Evangelio scripta sunt : *Iste est hæres, venite occi-
damus eum, et nostra erit hereditas*²⁹. Ecce, ille
inquit, *somniator venit, venite occidamus eum, et
mittamus in unum e lacis*³⁰, annuntiantes quia non
solum interficietur, sed inferiorem locum habebit.
Et Joseph quidem appropinquavit : appropinquavit
ad judicium fratrum, ad visitationem malorum : illi

²⁶ Gen. xxxvii, 7. ²⁷ ibid., 8. ²⁸ ibid., 9. ²⁹ Matth. xxi, 38.
³⁰ Rom. iii, 3.

(27) Forte perfectæ sunt itaque prædictiones, per-
fecta enim sunt quæ sunt prædicta.

(28) Spiritu



t quia non ista vita spes est religiosis. **P**ut sustinere sine lacrymis audire : cum la sanguine tincta in manu Jacob est posita e illa conficta ? *Istam*, inquit, *invenimus*³², nguine pollutam, agnosce cuius est tunica, tuum dolorem. Dolor quidem erat patris de Joseph. Erat non ferendus dolor, quia nec illos suos decesserat filius : videtur enim atium esse quia afflit, quia novissimam em suscepit, quia et dimisit ei ad consolaverbum, quia reliquias ejus commendavit um autem mortuus fuerit Joseph, quantum um exspectat, quantum ad distractionem, um sit homicidium aut mors, incisa autem is viscera. Omnia suspicatur, omnia sibi, et multas mortes pro una imitatur. Si inet vel auditum, non solum qui genuit, udivit, tunica composita et scissa; ita ut morsus feræ impressi per tunicam. Utissent, quia et in lacum cecidit ambulans : tur figmentum proximum veritati haberet, eccl sunt ne arguerentur. Requiebat enim iugias pater. Suspectus itaque Jacob est, tuus est Joseph, et esca factus est feris : sunt enim fratres, testabatur et tunica, taret, quis sustineret memor illius Joseph ? et cum patre antequam distraheretur ? septem annis erat ei mortuus, et tunica eis auggerebat mortem. Sicut enim miserunt patres, nonnunquam ut retineant iorum per colores depingunt, easdemque in dominibus, ut putant quidam ad conso-

Effigiantur ad admonitionem dolorum : ica illa recondita domi, et habens sanguiterascentem non hædi putatum sed Joseph, et composi³³ et impositi ferarum, et atrium, semper faciebant dolorem Jacob : indiscens, tangens semper filium per illam³⁰ : tangens eam et oculis videns. Et ne reprehendat sermonem, quia dolentem introiun : sunt enim et misericordes religiosi, audivimus eum dicentem : *Cum omnes, illi et filii accessissent ut consolarentur suscepit eorum consolationem*³⁴; non sicut tunica sanguine tincta. Dixit enim : *Ded in infernum cum dolore ad filium*³⁵ : tantus r. Ubi ergo promissio est ? cuius promissio plenam patri deflenti aut filio morienti ? non est mortuus, tanien timorem expertus i. Puta quia non est mortuus, non est , non serviit ? ille quia in sinu lusus agens, non mittebatur foras, nunc servat auctem, et servitutem *Ægyptiorum*. Sed

A non permisit eum Deus : habuit solarium. Dilexit enim eum qui emerat, quem oderant fratre. Quid igitur, iste putas obdormivit invidia ? putas despexit diabolus consolationem Joseph ? Habebat conjugem *Ægyptius*³⁶ : per mulierem igitur diabolus machinatur. Diligitur, inquit, bonus non bene. Et vere nunc incurrit in seram Joseph, et figmentum fratrum transivit ad actum. Mulier insistens, mulier semelipsam decorans, ad laqueum verbis illiciens, lapidibus³⁷ suadens, odoribus capiens, et varias vestes ut retia expandens. Et intuere mihi peregrinum et adolescentem. Intuere eum qui non habebat patrem, non matrem præsentem. Intuere distractum a fratribus, et contra dignitatem servientem ingenuum, et memor esto verborum quæ a muliere promebantur, et illa ficta mulieris blandimenta. Intuere et divitias *Ægypti* ostensas a conjugi, promissiones mulieris, tristitiam pueri : pueri angustiam, mulieris abundantiam ; potestatem enim habebat domus ; additamenta tentationis. Dicebat enim mulier multa : non audiebat autem pudicus. Depingebat sibi oculos illa : Joseph autem suos claudebat. illa se lapidibus coronabat : et ille se a lapidibus ne offenderet custodiebat. Illa contorquebat capillos suos : et ille vitabat ut vincula. Illa varia vestimenta uiebatur : et ille intuebatur opificiorum varietatem. Illa movebat thymiamata ad odorem : ille autem odorem pudicitiae odorans domabat suam adolescentiam, junior quantum ad ætatem, senior autem sapientia. Cum autem non valuisse mulieris blandimentum, transtulit blandimentum ad vim. Nova quippe tragedia in primo flebat Joseph, forte et solo. Siquidem a viris vim pati mulieres, natura ipsa mulierum suadet : Joseph autem solus a muliere vim periclitabatur sustinere. Accessit enim mulier ad adolescentem, sola ad solum : hominum videbat nullus. Ille autem qui ab hominibus non videbatur, Deum inuisibilem intuebatur. Immittebat sera unguis suas ad tunicam Joseph. Ille autem qui consueverat tunica salvari, et qui tunicam fratribus dedit, et a deceptione fratrum est liberatus, reliquit et nunc tunicam in manu mulieris, ut non dimitteret suam animam in manibus impudicitiae : et exivit nudus a tunica, pudicitia autem amictus sua, illo sancto et pudico vestimento indutus. Mulier autem videns pueri constantiam, et pudicitiae imperium, detinens tunicam ejus, sicut canes irascuntur ad lapides qui ad eos fuerint missi : et sicut frequenter quidam effugientes bestias, partem vestimenti jactantes, faciunt eas iram in partem vestimenti deponere suam : ita illa lea, aut alia quædam bestia dira, tunicam pudici accipiens, et manibus et unguis comprehendens et tenens, et scindens undique com-

xxxvii, 32. ³⁴ Ibid. 35. ³⁵ Ibid. ³⁶ Gen. xxxix, 7.

orsus compoſiti. Morsuum noſae conficta eum patrem.
Per illam affectam tunicam.

(31) In ſinu lusus patris. Pro in ſinu patris lusus agens. Supra pag. 485. a. Post futuri ſunt te.

(32) Lapidibus, id est, gemmis.

